aperte mal⁹ p̄cōsulatū in ea pte hoc est in Bæthica nō min⁹ violēter
q̄ fordide gesserat: eodē anno quo i Africa Marius priscus. Erat autē

Desiderij Erasmi Roterodami.

riosos: qui si quid pauperi muneris donauerit: i magno bñficio nũ-
erãt atq; deo iactãt i putãtq;: at cõtra quãtũ ab eoyicissim officij obse-
quijq; receperint. id vero nõ meminerũt; quũ iuxta Plautũ hostimen-
tũ sit opera p pecunia. Festo p õpeio hostimẽtũ est beneficij pẽfatio.
Admonendũ & illud: Par pari referri prouerbij faciẽ habere quẽdã.

Quasi piscis: itidẽ est amator lenẽ; nequã est; nisi recẽs. LIX.
Lena dignum verbum. Verum id hodieq; in prouerbio est: hospite
triduanum itidem vt piscem obolare naribus.

Ad suũ quẽq; hoĩem quãstũ æquũ est esse calidum. LX
Eiusdem est lenã.

Necesse est facere sumptum; qui quẽrit lucrum. LXI.
Prius damnum est faciendum; ei qui lucrum cupit. Id quod vulga-
to prouerbio dicunt. Vacuis manibus non facile falcones reuoca-
ri. Nec piscem sine esca capi.

Fortiter malum qui patitur; idẽ post potitur bonum. LXII.
Notissima sententia.

Lupus est hõ hoĩ non hõ: qui qualis sit non nouit. LXIII.
Monet ignotis tamen si probi videantur non esse confidendum.
Festo die si qd pdegeris: p festo egere liceat; nisi pecceris. LXIII
Ab Euclione sene parcissimo dicitur. Dogma est: ne in solemnibus
sumptib; ita profusi simus; vt non sit; quo quotidianũ feramus. Fe-
sti dies vel sacris offerendis; vel diurnis epulationib;: vel ludis in ho-
norem deorum: vel ferijs obseruandis celebrabantur. Profesti ad rei
priuatã publicãq; administrationem concedebantur.

Ferre iugum LXV.
In Curgulioẽ Palinurus. Iã ne inquit fert iugũ: De puella p cõtã; nõ
per ætatẽ virũ reciperet. Id em̃ significari quẽ sequitur satis arguit.
Nam respondet cõtinuo adolescens. Tam a me pudica est; quasi so-
ror mea sit. Hoĩ. in odis. Nõdum subacta ferre iugum valet ceruicẽ.

Nemo ite quenq; prohibet publica via. LXV.
Id est; quod palã atq; in medio propositũ est; eo ius est vniciq; vti.
Flamma fumo est proxima. LXVI.

Qui malũ euitare cupit; is mali fugiat occasionẽ oportet. vt qui cor-
rupti nolit; a corruptorũ consuetudine absteat; qui cubare nolit; ne
det osculũ. Nã addit protinus. Fumo cõburi nihil potest; flamma põt.

Quẽ nuce nucleum esse vult; frangit nucem. LXVII.
Qui commodum quãrit; a labore ne abhorreat.

Verberare lapidem. LXVIII.
Plane si meretrix amatorẽ monet; ne seruũ qui iã ad verbera obdã

Adagiorum veterum Collectanea.

clausulæ p adagijs vsurpari a doctis possint. Quur em̄ id non fiat in Plauto Comico; & Comico tā sentētiōso; tā falso; tam venusto; qđ in Homero veteres factitarūt: cui⁹ (vt scribit macrobius) singula α πο φ θ εκ μα τ α vice, puerbiorū passim oēs in ore habebāt: Quare neq; pigē dū neq; infrugiferū duxi; vetustissima q̄q; ex illius fabulis recen fere. Occurritq; illud in primis ex Amphitriōe: Irritabis Crabrones qđ in mulierū īgeniū est dictū: qb⁹ iratis si repugnes; magis puoces; neq; patiunt si quis cōtra ipsarū opinionē cōtēdat. Vfus est hoc adagio Hieronymus in ep̄tis. Est aut Crabro ifecti gen⁹ aculeo pestilentissimo. Refert Plini⁹ naturalis historię li. xj. ca. xxj. Crabronum ictus haud temere sine febrī eē. Additq; auctores eē; ternouenis hui⁹ aīan tis pūctis interfici hōiem. Hanc ip̄am sniam alia metaphora Plaut⁹ idē sic extulit; nō dubiū quī puerbiallyter. Bacchæ bacchati si velis aduersari; ex ifana ifaniorē facies; feriet sepi⁹; si obsequaris vna te soluas plaga. Cōsueuerūt aut mulieres bacchates obuios thyrsis ferire.

Vitam humanā plus aloēs habere q̄ mellis. LV.

Est in eadē fabula hmōi sentētia; sub Alcumenē psona. Ita cuiq; cōparatū est in etate hōim; Ita dijs placitū; voluptati vt mētor comes cōsequat. Quin incōmodi plus maliq; ilico adfit. Eā ne quid dubita remus, puerbially esse; Apuleius effecit; cuius hęc sunt verba in floridis. Sed verum verbū est, pfecto quod aiūt; nihil quicq; tā, psperere diuinitus hōibus datum; quin & tum admixtū sit aliquid difficultatis.

In aere piscari; Venari in mari. LVI.

In asinaria a Libano vtrūq; puerbiū dictū est; qui cū ab hero Deme neto vxorē ei⁹ argēto defraudare iussus esset; significās fieri nō posse vt a muliere tenace quicq; auferetur; Iube; iquit) vna me opa piscari in aere. Venari aut retiaculo in medio mari. Quo verbo recte temur quando negabimus ibi quærendū esse quippiā; vbi inueniri minime possit. Vt si quis in opibus aut voluptatibus beatam vitā quærat. Qui bus quidem metaphoris Boetius etiam in carmine vtitur.

Nudo vestimenta detrahere. LVII

Liban⁹ idē ab Hero monit⁹; vt ab ip̄o p fallaciā auferret argētū; quo filio amica emeret. Maxias iquit nugas agis nudo detrahore vestimē ta me iubes. Significās videl; ibi heram callidiore aetere nq; esse q̄ vt defraudari queat; hic hero nihil etiam esse; quod auferatur

Hostiantum est opera pro pecuniā. LVIII.

Lenę Claretę verba sunt in eadē fabula; ad adolescētē sua bñficia ex probrantē meretricibus. Tu mulierē amabas; missa est; ego pecuniā; dediisti; neutri ē qđ alteri exprobret. Cōuēiet hoc d. d. mī quos dā glo.

Desiderij Erasmi Roterodami.

riosos: qui si quid pauperi muneris donauerit: i magno bñficio nũe-
eāt atq; deo iactāt i putātq;: at cōtra quātū ab eo vicissim officij obse-
quijq; receperint. id vero nō meminerūt: quū iuxta Plautū hostimen-
tū sit opera p pecunia. Festo pōpeio hostimētū est beneficij pefatio.
Admonendū & illud: Par pari referrī prouerbij faciē habere quēdā.

Quasi piscis: itidē est amator lenē: nequā est: nisi recēs. **LIX.**
Lena dignum verbum. Verum id hodieq; in prouerbio est: hospite
triduanum itidem vt piscem obolare naribus.

Ad suū quēq; hoīem quæstū æquū est esse calidum. **LX**
Eiusdem est lenæ.

Necesse est facere sumptum: qui quærit lucrum. **LXI.**
Prius damnū est faciendū: ei qui lucrum cupit. Id quod vulgus
to prouerbio dicitant. Vacuis manibus non facile falcones reuoca-
ri. Nec piscem sine esca capi.

Fortiter malum qui patitur: idē post potitur bonum. **LXII.**
Notissima sententia.

Lupus est hō hoī non hō: qui qualis sit non nouit. **LXIII.**
Monet ignotis tametsi probi videantur non esse confidendum.
Festo die si qd. pdegeris: p festo egere liceat: nisi pepceris. **LXIII**
Ab Euclione sene parcissimo dicitur. Dogma est: ne in solennibus
sumptib⁹ ita profusi simus: vt non sit: quo quotidianū feramus. Fe-
stus dies vel sacris offerendis: vel diurnis epulationib⁹: vel ludis in ho-
nore deorum: vel ferijs obseruandis celebrabantur. Profesti ad rei
priuatæ publicæq; administrationem concedebantur.

Ferre iugum **LXV.**
In Curgulioe Palinurus. Iā ne inquit fert iugū: De puella p cōtās: nū
per ætatē virū reciperet. Id em̄ significari quē sequitur satis arguūt.
Nam respondet cōtinuo adolescens. Tam a me pudica est: quasi so-
ror mea sit. Hoī. in odis. Nōdum subacta ferre iugum valet ceruice.

Nemo ire quenq; prohibet publica via. **LXV.**
Id est: quod palā atq; in medio propositū est: eo ius est vnicuiq; vti.
Flamma fumo est proxima. **LXVI.**

Qui malū euitare cupit: is mali fugiat occasionē oportet. vt qui cor-
rūpi nolit: a corruptorū consuetudine abstineat: qui cubare nolit: ne
det osculū. Nā addit protinus. Fumo cōburi nihil potest: flāma pōt.
Quē nuce nucleum esse vult: frangit nucem. **LXVII.**

Qui commodum quærit: a labore ne abhorreat. **LXVIII.**
Verberare lapidem. **LXVIII.**
Planessū meretrix amatorē monet: ne seruū qui iā ad verbera obda-

Adagiorum veterum Collectanea.

ruerat pulset; ne manū lederet. Noli inquit amabo verberare lapidē
ne perdas manū. Ape quadrat in eos: qui cū ijs iurgio aut maledi
ōis certant; qui huiusmodi rebus pascuntur non offenduntur.

Vorare hamam.

LXIX

Est eas res auide appetere; quibus capti in perniciem trahamur. Di
ctum est a Curgulione parasito; de lenone epistolā qua decipiēdus
erat legere incipiente. Simili translatione eandē rē dicit in Bacchi
dibus Chrysalus. Nunc ab Trasenna hic turdus lubricum petit.

Intra praesepis suas.

LXX.

Hoc est certo ac tuto. Plautus in Cassina. Scit si id impetret futurū:
quod amat; intra praesepis suas. i. certū ac paratum. Nam quod intra
septa nostra clausum non pōt effugere. Dicitum est in senem datem
operā; vt ancilla quā amabat; villico suo nuberet; hoc quidem consi
lio vt insciente vxore quando vellet ea rursi potiretur. Idem in rudē
tibus. Ad herum arbitrum vocat me hic; intra praesepis meas.

Aliquam reperietis rimam.

LXXI.

A piscibus aut auibus captis translatum videtur. in hoies calumnio
sos; qui quāvis mala in causa aliquid inueniunt; quo iudicio elabantur.
Hōi. Effugiet tamen haec sceleratus vincula Proteus.

Necessum est vorfis gladijs depugnariet. LXXII.

Hoc est diuersa ratione res est tentanda.

Nunc nos collatis signis depugnabimus. LXXIII

Est cominus pugnare. ex Homero sumptū in puerbijs apud doctos
venit. Cominus pugnare dicimur; quoties in disputādo ijs argumē
tis vtimur; quae ad rem proprie maximeq; pertinent.

In saltu vno duos apros capere.

LXXIII.

Est eadem in re duos deprehendere. Chalinus in Cassina. Iam ego
vno in saltu duos apros capiam.

Frigidam aquam suffundere.

LXXV.

Est beneuolentiā hoim inter se amanti obtredationib⁹ frigidiorē lā
guidiorēq; facere. Quā frigidā aquā suffundere est etiā adiutare; &
incitare. id quod elici pōt ex libris pādectarū. Lena i Cistellaria ma
tronas iuscat; q; quū corā meretricib⁹ sint blādissime; clā tñ inuideāt
maritosq; suos ab earū amore quātū possunt conant auertere. Ea res
qnū lenē vehementer indigna videre; Ita nostro inquit ordini palā
blādīuntur; clam si occasio vsq; est; aquam frigidā subdole suffundūt.

Confringere tessaram

LXXVI.

In eadē fabella amator iureiurādo alligasse se dicit; q; lenē filiam du
ctur⁹ cēt; eoq; pcat; ne se piuriū fieri patiat; si filiā non duxerit. Ad q

Desiderij Erasmi Roterodami.

lena his verbis respōdit. Ab iquit querere vbi tuo iurādo fatis sit sub-
fidij; hic apud nos iā cōfregisti tessarā. A mensura frumētaria ductū
videri potest; vel a tessara signo hospitali.

Quod dedi non datum vellem. LXXVII.

Sermo quo quis ferei quæ facta est; nec iam in se ita fieri potest, pe-
nitere significat; atq; in posterum cauturū ne rursus faciat; qđ iterū
peniteat. Quē ne quis prouerbialē fuisse dubitet; eiusdē lenę verba
ascribam. Inter nouam rem verbum vsurpabo vetus. Quod dedi; nō
datum vellem; quod reliquum est non dabo.

Mihi istic nec feritur; nec metitur LXXVIII.

Apud Plautum est in epidico. Hoc est ista ex re mihi nec commodi
quicq̄ esse potest; nec incommodi.

Nihil homini amico est oportuno amicus. LXXIX.
Est id quidem eadem in fabula. Verum ea sententia græco puerbio
sic effertur. Importuna beneuolentia nihil à similitate distat. Intem-
pestiuum enim officium plerūq; odium pro gratia refert.

Farcire centones. LXXX.

Est aures auditoris gl'iosis fabulis obtundere. Ita em̄ Periphanes in
Epidico militiā pugnās suas militari more narrare parāti. Qui tu in-
quit aliū queras; cui cētones farcias. i. cui tu gl'iosa mēdacia narres?

Aliter catuli longe olent aliter fues. LXXXI.

Quo verbo significatum est; non veste solū dignosci hoīem ab hoīe
verum est natiuum quiddam genuinū ac proprium in vnoquoq; qđ
in ipso vultu oculisq; eluceat. quo liberum a seruo; generosum a rusti-
co; probum ab improbo facile discernas. Inde illud apud Fabiū. Ne
faciem quidem liberi hominis habet.

Ab vnguiculo ad summum capillū. Homerus. εσ πο
δασεν ηεφαλῆσ. LXXXII.

Ita loq̄bant veteres; quū totū hoīem quāt^o esset significarēt. Piaut^o in
Epidico. Cōtēpla epidice vsq; ab vnguic'lo ad capillū summū. Qua-
re si cui^o hois ingeniū moresq; oēs plane cognitos innuere volumus;
eiusmodi nobis hoīem ab vnguiculo vsq; ad summū capillū p'spectū
esse non inuenuste dixerimus. Hoī. Talos a vertice pulcher ad imos.

Tragulam iniicere; Fabricam facere. LXXXIII

Vtrūq; significat dolos ad decipiendū struere. Vñ & machinari pro
arte moliri traductū est. Apoc ides in Epidico Plauti. Tragulam in-
te iniicere adorianatur. Rursus alibi. Nescio quam fabricam fecit.

Malam messem facere. LXXXIII.

Epidicus in eadē fabula. Sed vt acerbū est; p benefactis quū malam

Adagiorum veterum Collectanea.

messem metas. i. intolerandum est pro beneficio maleficū recipere. Cl-
cero. Vt sementem feceris ita & metes.

Ego quoq; Pol metuo; ne lusciniolę defuerit cātus. LXXXV.
Apud Plautū est in Bacchidibus. Vbi quę re capiā ita abundare signi-
ficamus; vt ea nunq̄ possit deesse. veluti mulier verba: Ciceroni oratio
nem; sophistę cauillum.

Ad viuam cutem.

Hoc est ad nuditatē vsq; vt nihil reliqui fiat; præter corp⁹ nudū. Chry-
salus eadem in fabula. Tondebo auro vsq; ad viuam cutem.

Aspergere aquam.

Est animū reddere ei qui præ subito dolore a se fuerit alienat⁹ Qd̄ fere
euent; quib⁹ repēte subitanē malū obiicit. Solēt ita aspsa in faciē aqua
reuocato a corde sanguine ad se redire. Plautus. Aspersisti aquam.

Aspergo. Olfacio. Deuoro.

Est nōnunq̄ & in simplici verbo puerbialis trāslatio; vt in eo qd̄ modo
possum⁹, Aspergo quod nō raro vsurpat Cicero p̄ leuiter cōtaminare.
in Vatiniiū. Cui tu nōnunq̄ labeculā aspergis. Atq; ibidē. Nequa ex tua
indignitate illi⁹ dignitati labes aspgi uideat. Et sæpe alias aspgere cō-
tumelia; aspgere ioco; aspgere dīcterijs. Itidē vt Olfacere p̄ suspicari;
subolere in suspitione esse. Olfacere, p̄ curiose atq; obseruātē uestigare
Deuorare, p̄ eo qd̄ est rē sensu acerbā; ueluti sine sensu p̄ ferre; trāslatōe
sumpta ab ijs qui amaras potiōes aut catapotia inuito palato absorbēt.
Vnde apud Ciceronē & Fabiū; deuorare tēdiū; absorbere molestiam.

Valere pancraticę; athleticę; pugilicę; Basilicę. LXXXIX.

Apud Plautum hæc sunt pro eo quod est valentem integrisq; uiribus
esse. Apud eundem musice uiuere; pro uoluptarie ac genialiter. Basilis-
ce ualere; belle ac magnifice.

Acetum habere in pectore.

Est salem acrimoniamq; habere. Aliquoties apud eundem poetā legi-
tur. In Bacchidibus. Nunc experiar sit ne acetum tibi cor acre in pecto-
re. Et habere salem. Terentius. Qui salem habet quod in te est.

Homo homini dæmonium

αρθρωτος αρθρωτου δαιμωνιον. hoc est hō homini dæmoni-
um uel deus. In eū conuenit qui subitam & insperatā attulit salutē; qui
ue bene de alio meretur. Nihil enim aliud putabant homini deū esse q̄
prode se homini. Vnde Virgilius. Deus nobis hæc oia fecit. Et Plini⁹
hist. mundi lib. ij. Deus est inquit; iuuare mortalem.

Tāgere hulus. Tāgere uiuū. Hāc anagyrim ne moueas. XCII.
Quū id dicim⁹ qd̄ alij maxime dolet; hule⁹ tāgere dicimur. Terē. Quid

Desiderij Erasmi Roterodami

minus necesse fuit; q̄ hoc vlcus t̄gere: Vbi prouerbiū donatus subesse iudicat. Eūdē ferme habet sensum viuū t̄gere. Eiusmodi contumeliā dicere quē vere doleat. Hermolaus. Hanc anagyrim vt medicorū pro uerbio vtar / ne moueas. Est autem Anagyris herbæ genus.

Pythagorica adagia.

XCIII.

Nemini dubiū est quin plēraq; Pythagorę dicta in puerbia abierit. Cuius apud veteres tāta erat admiratio: vt ei⁹ dogmata per oēm Italię regionē eam q̄ olim magna Græcia dicebatur æris incisa tabulis seruarētur. E quibus Hieronymus nonnulla contra Rufinū commemorat.

κοινὰ θιλῶρ παντα.

XCIIII.

Id est amicorū cōmunia oīa. Quod adeo in vulgi sermone abiit: vt a comica etiā persona apud Terentiū prouerbij noīe referatur. Nā vet⁹ quidē inquit hoc verbum amicorum inter se communia esse oīa. Etiam si hæc sententia apud Platonem Euripidis nomine citatur.

Est amicus alter ipse. ετερος αυτος.

XCV.

Quo monemur: ne secus de reb⁹ amicorū q̄ de nostris ipsum cogitem⁹. Dicunt græcivnam esse animam duorum corporum. μια ψυχη

Duorum temporum maxime habenda est ratio: mane et vesperi.

XCVI.

Hoc est eorum quæ gesturi sumus: & eorum quæ gesserimus.

Post deum veritatem colendam.

XCVII.

Quæ sola deo proximos homines facit.

Ænigmata Pythagorica.

XCVIII

Verū ænigmata illa pprius ad puerbialē figurā accedunt: q̄ vt idē testis est Hieronymus, Aristoteles diligentissime suis in libris prosequitur.

Stateram ne transilias.

XCIX

Hoc est ne quid ab æquitate deslectas.

Ignem gladio ne fodias.

C.

Id est iratum & tumidum animum verbis maledicis ne laceffas.

Coronam ne carpseris.

CI.

Id est: Leges vrbium serua.

Cor ne comederis.

CII.

Id est mœrorem ex animo rejice.

Quum profectus fueris ne redeas.

CIII

Hoc est. Post mortem; vitam hanc ne desyderes.

Hyrundinem in domum ne recipias.

CIIII

Id est, garrulos & verbosos sub eodem tecto non habeas.

Per publicam viam ne ambules

CV.

Id est, ne multorum sequaris errores.

Adagiōrum veterum Collectanea.

Oneratis sup̄ imponendū onus; deponētibus nō cōmittēdū. **CVI.**
Hoc est, ad virtutem incedentibus augmentanda præcepta; tradētes se ocio relinquendos.

Super Chenice non sedendum.

CVII.

Id est nō laborādū de victu crastio. Est enī chenix escę diurnę mēsurā.

Tria Apollinis oracula.

CVIII.

Verū hæc atq; hmōi tāetsi, pbabile est olim in puerbijs fuisse tñ nō est i-
stituti p̄sentis oīa p̄sequi; quis enī esset futurus finis? Verū ea dūtaxat;
q̄ ab idoneis auctorib⁹ puerbiallyter sunt vsurpata. Quorū est illud in pri-
mis ex trib⁹ Apollinis oraculis vnū. Nil nimis, qđ apud Platonē Socrate-
tes, p̄vetere dicto sitat. Qui & Comic⁹ poeta; apđ quē nulla snia locū ha-
bet; q̄ nō sit, puerbially; maxime q̄ Sose & liberto & coquo sit tributa. Id
apprime eē vtile in vita arbitror vt ne quid nimis. Socrates i Charmide
Platonis testat̄ tria hæc p̄cepta p̄ foribus tēplorū Apollinis iſcripta ex-
titisse $\rho\upsilon\omega\theta\iota\ \sigma\epsilon\alpha\nu\tau\omicron\upsilon\pi$, id est nosce te iſpum, $\mu\eta\ \delta\epsilon\ \rho\alpha\ \rho\alpha\ \rho$, i. nihil ni-
mis & tertiu. Spōsioni nō deasse iacturā. $\epsilon\tau\ \rho\upsilon\alpha\ \pi\alpha\ \rho\alpha\ \delta\alpha\ \tau\eta$ Quorū
primū ab Apolline platū; reliqua a mortalibus adiecta putat Socrates
& ad eandē ptinere sententiā; ne quid supra quā possum⁹ tētem⁹. No-
ſce te iſpm, i. mēsurā tui. Nihil nimis. Spōsioni nō deerit iactura. Ne spō-
for fias. Spōsionis enim comites sunt lites & æs alienū; vt Plini⁹ scripsit

Optimum condimentum fames.

CIX.

Socraticum verbū est; quod hodie quoq; p̄ssim vulgo in ore est. Quo
ſignificatur nihil esse non sapidum quod esurienter atq; auide capias
aut facias. Eiusdem est illud. Quæ supra nos nihil ad nos, quod Lactā-
tius nominatim etiam pro prouerbio commemorat.

Iniquum petendū vt æquum feras.

CX.

Fabius Quintilian⁹ li. quito. Nec oīno sine rōne est iuquit id qđ vulgo
dicī. Iniquū petendū; vt æquū feras. Quod obseruatū probe a Siro il-
lo Terētiano; qui dū a lenone petir; vt eschino puellā dimidio tradat;
effecit; vt tantidē cupide etiā traderet Dicitur & nunc vulgo; qui āni-
titur; vt auream quadrigam sibi comparet; certe rotam vnam assequet̄
Summum animo destinandum; vt saltem mediocritatem assequamur

Mendacem memorem esse oportet.

CXI.

Eodem in libro ponit̄ & illud. Mendacē memorē esse oportere. Nihil
enim difficilius; q̄ hoiem mentientem tota oratione secū cōstare. Qua
re qui prudenter mentiri cupit; memoriæ præceptiones ediscat.

Corycæus aufcultauit.

CXII.

Strabo libro. xiiij. hmōi meminit hystoriæ; olim totā Choryci montis
Asiatici præternavigationem latronibus obsessam fuisse, quos a mōte

Desiderij Erasmi Roterodami.

Coriceos noiabant. Eos per portus dispersos solitos mercatoribus infidiari;furtimq; auscultare; quid mercium ferrent: quo nauigare destinassent: deinde collectos in loco adoriri ac spoliare. Quæ res a deo in rum orem venit: vt inde prouerbiū natū sit: Corice^o auscultauit: quo secreta nostra a curiosis obseruari significam^o. Vfus est hoc adagio Cicero in epistolis ad Atticum. Omnes enim inquit Coricei subauscultare videntur quod loquor.

ΘΗΥΤΑΛΗ ΛΑΚΩΝΙΚΗ Scytala Laconia.

CXIII.

Id qđ ad Atticū scriptū est a Cicerone: habes Scytalā Laconiā: forte nōnullis puerbiū habere videbit. Vt significarit epistolā arcanis de rebus Laconio more cōscriptā: quē nemo queat legere: p̄ter eū qui mittit & eū q accipit. De hoc missitādarū literarū more qui plura nosse cupit. Plutarchū in Lisandro legat. Meminit & Gelli^o in noctib^o. li. xvj. ca. ix. Scytalēq; loratū furdulū interpretat: etiā si illic loricatū legi nō loratum

Duos parietes de vna dealbare fidelia

CXIII

Est eadem re duplicem gratiam inire velle: eademq; opera duos simul demereri. M. Curius ad Ciceronem. Sed amice magne noli hanc epistolam Attico ostendere. Sine eum errare & putare me virum bonū esse; nec solere duos parietes de eadem fidelia dealbare. Volebat em̄ Curius & Attico & Ciceroni summus videri: ac de se vno fructū quidem Ciceronis; mancipium aut Attici. Tractum est ab ijs qui parietib^o op^o albarium superinducunt. Idem vulgo hac nostra etate non illepide dicunt. Eadem filia duos tibi generos parare vis.

Aut bibat aut abeat. Η ΠΙΥΕΤΩ Η ΑΠΕΛΘΕΤΩ

CXV.

Cice. Tuscu. q. libro quinto. Mihi quidē in vita seruāda videtur illa lex quę in græcorum cōuiujs obtinet. Aut bibat inquit aut abeat. Et recte. Aut em̄ fruatur aliquis pariter cū alijs voluptate potādi: aut ne sobri^o in violētā vinolentorū incidat: ate discedat: sic iniurias fortunæ quæ ferre nequeas; defugiēdo relinquant. Hacten^o Cicero. Græci adolescentes olim in cōpotatiōib^o suis βασιλεισ. i. reges talis fortiebant. vñ est illd Horatianū. Nec regnavini fortiere talis. li. quintū quęq; bibere vel lent p̄scribebant. Habebat & decreta qđā cōiuualia; ea νομουσ. i. leges appellabāt. Earū hæc vna fuit: quā Cicero retulit: quæ & in puerbiū abiit: aut bibat aut abeat; morale sane & ad multas res accōmodabile: maxime aut; vt aut eorū quibuscū viuimus moribus obsecundem^o: aut si id non libet / a consuetudine eorū recedamus. Id quod hodieq; vulgo dicitur; collatrandum esse canibus; quibuscum viuere constitueris.

Andatarum more pugnare.

CXVI.

Est nullo adhibito iudicio veluti clausis oculis cōtra quēpiā disputare

Adagiorum veterum Collectanea.

Andabatę em̄occlusis oclis in hostę ruūt; neq; qua feriāt; neq; qua ictū declinēt obseruātes. Quare qui neq; ei⁹ rationes q cū disputat; neq; suas intelligit; is Andabatarū more pugnare dicit. Hieronym⁹ cōtra Heluidiū. Ad hoc propādū cōgerit de scripturis exēpla q̄ plurima; more Andabatarū in tenebris gladiū ventilans. Idē cōtra Iouinianum. Periclitamur responsiōis uercūdia; & quasi iter duos scopulos; & quādā necessitatis & pudicitię Siplegadas hic atq; inde vř pudoris vř cause naufragium sustinemus. Si ad proposita respondeamus; pudore suffundimur si pudor impetrarit silentium, quasi de loco videbimur cedere & aduersario feriendī occasionem dare. Melius est tamen clausis (qđ dicit) oculis Andabatarum more pugnare; q̄ directa spicula clypeo non repellere veritatis. Cicero ad Trebatii. Quē antea ne Andabatam quidē defraudare poteramus. i. ne oculos quidem claudentem,

Tute lepus es & pulpamentum quærīs.

CXVII.

Hoc est foris q̄ris qđ ipse domi habes. Dictū in Eunuchō Terētiana a Milite i adolecētē q ad scortū ludere cōeptabat; quū ipse scortū eē posset. Gręci sic efferūt λεγωσ κρεωρεπιθυμει. i. Lepus canē querit

Prīmus leporem testudo p̄ueterit.

CXVIII.

πρωτερον χελων παραδραμεται δασυποδα. i. pri⁹ testudo cursu anteuertet leporem. De re factū perdifficili dicitur.

Lentiscum mandentes.

CXIX.

σχιστροκται. i. lentiscum mandentes. Græcum adagium aduersus eos qui nimio comandi studio supfluūt; quasi qui dētibus exterēdis fricādisq; omnem operā insumant. Ex hac enim arbore dentifriciū confici consuevit.

Callippides.

CXX.

Prouerbio dictus est olim qui in rebus agendis nimis cūctator nimīūq; lentus esset Suetonius i Tyberio. Ad extremū vota pro itū ac reditū suo suscipi passus est; vt vulgo iā per iocum Callippides vocaretur; quē cursitare ac necubiti quidem mēsuram p̄gredi; Prouerbio Gręco notatū est. Cicero ad Atticum Varronis accusans tarditatē. Bienniū iquit pretērit; quū ille καλλιπιδης assiduo cursu cubitū nullā p̄cesserit

Albus an ater sis nescio.

CXXI.

De homine vehementer ignoto dici solitum adagiū. Quinti. i vndecimo institutionū oratoriarū libro. Negat se magni facere aliquis poetarū vtrū Cęsar sit albus an ater homo Catulum puto digito dicams. cuius in Cęsarē hoc carnē extat. Nec scio vtrū scis albus an ater hō Apuleius in Apologia Magię Et iā libēter te nup vřq; alb⁹ an ater esses ignorauit; ad huc hercle nō satis noui. Hieronym⁹ cōtra heluidiū. Quis te oro āte hęc

blasphemiã nouerat: Quis dispo'dio supputabat: Cõsequit⁹ es qđ uole
bas: nobilis es factus in scelere. Ego ipse qui cõtra te scribo quũ in eadẽ
vrbe tecũ cõsistã: qua balbutis & erubescis: albus (vt aiũt) an anter sis ne
scio. Qũq; in his Hieronymi uerbis non nihil inesse mendæ uidetur.

Mala de sese attrahens: vt Cæcias nubes. CXXII.

Ventus est nomine Cæcias: quem Plinius media inter Aquilonẽ & ex
ortunt: regione flare scribit. Eum p̄ontra aliorum septentrionalium uẽ
torum naturam nubes non pellere: sed attrahere: refert. His quidẽ uerbis
Ventorũ etiam frigidissimi sunt: quos a septentrione diximus spirare
Vicinus his corus. Ii & reliquos cõp̄cũt: & hymbres abigũt. humidũ hau
ster & Aphricus: & precipue hauſtet Italia. Narrant & i ponto Cæciam
in se trahere nubes. Idem in noctibus refert. A. Gellius lib. ij. cap. xxiij.
Est etiã uentus inquit nomine Cæcias: quem aristoteles ita flare dicit:
vt nubes nõ procul propellat sed vt ad sese: ex quo uersum istũ prouer
biale esse factũ ait κακαεφεαυτοϋελεκωνωσ οκαικιασ νεφοσ. i.
mala de sese attrahens: vt Cæcias nubes. In eum cõuenit: qui litibus ac
turbis gaudet easq; quoquo se contulerit secum adfert.

Equum habet Seianum. Aurum Tolosanum. CXXIII.

Adagiũ i eſamitofos: ab e quo quodã fatali sumptũ: quẽ a Cn. Seio do
mino Seianũ appellat. Is ex Diomedẽs cõp̄gnatus fuisse credit⁹ est:
fuitq; insigni specie: uerũ eſato: qđ qđ ei⁹ equi possessor eẽt: is cũ omni
domo ad internitionẽ vsq; deperiret. Id qđ Cn. Seianus ipse capitis dã
nat⁹: miserãdoq; supplicio effectus Deinde & Dolobella bello iter. eã⁹
Post hunc Cassius ab hostibus occisus. Post hũc deiceps Antonius dete
stabili exitio perditus p̄buit. Hinc p̄uerbiũ natũ de iis qui tanq; fatali
ter perẽũt. Equũ habet Seianũ. Quã rẽ si qđ pleni⁹ naratã legere uolet
apđ A. gelliũ in noctiũ li. tertio iueniet capite nono. Simili ex re natũ si
mũlẽq; obtinet sensum illud quod eodem in loco refertur. Aurum habet
Tolosanum. Nam quum oppidum Tolosanum. Qu. Cepio cõsul d. r̄ipu
iſſet: multũq; auri in eius oppidi templis fuisse: quisquis ex ea direptio
ne aurũ attigit: misero cruciabilĩq; exitu periit.

Non cuiusq; est Corinthum petere. CXXIII.

Id est nõ est cuiusuis hois summis se adiũgere: aut summa appetere. A
Corithia Laide natũ adagiũ: ad quã quũ ex oi grẽcia ob formẽ p̄itãtiã
frequẽs fieret afflux⁹: illa neminẽ nisi immodica imẽsaq; mercede data
a ſmittebat. Inde p̄uerbio celebrat⁹ apđ grẽcos senari⁹ ου παντοσ αυ
λποσ εσ κορινθοϋ εσθοπλυσ. i. nõ uiri cuiusq; est Corinthũ petere
Vſus est aptissime hoc adagio Horati⁹ in ep̄lis. Principibus placuisse
uiris nõ uſtima laus est. Nõ cuius hoĩ contingit adire Corinthũ. Sed ite

Adagiorum veterum Collectanea.

qui timuit: ne non succederet. Ad Aristippum videlicet alludit: quem Laldi esse fuisse notum est: quum Demosthenes mercedis postulatae magnitudine deterritus abstinuerit: negas se decem dragmarum nullum pro meritum emere.

Asinus ad Lyram. CXXV.

Celebratissimum vetustissimumque graecorum proverbium in eos qui ad nullas bonas disciplinas habiles doctilesque sunt. Hoc proverbio M. Varro Satyrarum suarum quandam inscripsit. Eiusdem apud Gellium verba sunt ex Satyra cui titulus testamentum. Si quis mihi filius vnus pluresve in decem mensibus gignuntur: si erunt ωνοί λυραος. i. asini ad lyram: exheredes sunt. i. si intractabiles in doctilesque erunt. Hieronymus contra Vigilantiam. Quis inquit stultite faciam: magistrum suum quosque magistras querere: et ei modum imponere: qui loqui nescit: & tacere non potest, verum est illud apud graecos proverbium ωνοσ λυραος. i. asinus ad lyram. Haec ille.

Idem Actii quod Titii. CXXVI.

Vetere proverbio dici solitum de rebus nihil inter se distantibus. Quo Varro eodem in loco quem modo attigimus est usus. Si si erunt inquit, ωνοί λυραος exheredes sunt: quod si quod undecimo mense κατακαθίστοτε λη. id est secundum Aristotelem natus est. Actio idem quod Titio ius esto. Nimirum proverbialiter significans eodem iure sibi, futurum filium decimo mense natum: quo cum qui undecimo sit natus.

Caput sine lingua pedaria est sententia. CXXVII.

Mimus est Laberianus: in eos quadrens: qui in consultationibus aut disputationibus nihil ipsi quidem quod dicant habent: verum aliorum sententias annuunt. pedarii autem senatores dicebantur: qui in senatu quidem sedebant: verum sententiam non rogabantur: sed in aliorum sententias pedibus descendebant. Au. Gellius li. iij. cap. xviij.

Multa cadunt inter calicem supremaque labra. Inter os & offam. CXXVIII.

παροιμία. i. puerbialis apud graecos versus est πολλα μετὰ ξυπελεκυλικος και χειραροακρου. multa cadunt inter calicem supremaque labra. Quo significatur: nihil tam certum sperari: nihilque tam quasi manibus teneri: quod non casus aliquis repetere possit iterum iterum. Quod ab hominibus euentum natum graeci scribunt. Quum vineam quidam sereret: e seruis quispiam operis ter die hero iratus negavit eum unquam vinum ex ea vite gustaturum. Ergo vitis ubi provenisset senex eum ipsum seruum propinare iubet. Ad moturusque iam ori calicem seruo tam fallum vaticinato coepit exprobrare. Sed antequam ille hausiret aliquid quidam ingressus senis agros ab improposito laniat. Ille continuo exiit: & intervenadum an approccidit. Eadem habet sententiam verbis non nihil immutatis: illud quod Cato Censor in oratione

Desiderij Erasmi Roterodami

de exilibus vitio creatis retulit hunc in modū. Nūc ita alunt in fegetibus & in herbis bona frumēta esse. Nolite ibi nimias spern habere. Sæpe audiui inter os atq; offam multa iteruenire posse. Verū inter offam atq; herbam, ibi vero longum interuallum est. Hæc Cato apud Gellium.

Ipsa dies quandoq; parens quandoq; nouerca. **CXXIX.** Phauorinus apud eundem Gelliū. Versus inquit est lōgo hominū æuo probatus. **ΑΛΛΟΤΕ ΜΗΤΡΥΜ ΠΕΛΕΙ ΗΜΕΡΑ ΑΛΛΟΤΕ ΜΗΤΗΡ.** id est Ipsa dies quandoq; parēs qñq; nouerca est. Eo versu significatur non omnidie bene esse posse; sed isto bene; atq; alio male.

Non quod pueri clamitant in faba se recepisse. **CXXX.** Strophylus seruus in Aulularia Plautina aulā auri plenā a sene defossas sustulerat; idq; hero gestiēs indicāte; Repperi inquit; Et rogat^o qd reperisset nō qd pueri clamitāt inquit i faba se repperisse. Prouerbialiter quidā magnū se quiddā inuenisse significās. Est em Midas vermiculus quidā qui fabis innascit easq; arrodit; quēadmodū & Ips cornuavitesq; Cis frumēta; Trips lignā; Sis vestes; Is vitra. Auctor Hermolaus.

Vlulās seu Noctuas Athenas. **CXXXI.** **γλαυκας εις αθηνας;** id ē noctuas athenas; subaudi mittis aut portas hoc est doctiorē doces; aut diuiti donas; aut deniq; largiris quod illi domi abundat Abūdant Athenis vlulæ; propterea q; Mineruæ sacra est hæc quis ppter oculos cæcios; quibus etiā in tenebris videt. Cice. ad Torquatū. Sed rursus **γλαυκας εις αθηνας** qui hæc ad te. Idem ad fratrem. Et tibi versus quos rogas; hoc est Athenas noctuam mittam.

Sero sapiunt phryges. Ictus sapiam. **CXXXII.** Prouerbiū hoc ex tragœdia vetustissima Liuij cui titulus equ^o Troian^o. Cicero in ep^lis usurpat. In eo iquit Troiano scis esse; sero sapiūt Phryges. Cōuenit in eos quos stulte factorū sero pœnitet. Troiani em tot iā cladibus acceptis; vix decimo demū anno de restitueda Græcis Helena cogitare cœperūt. Simile est illud apud Diogenianū piscator percussus sapiet **πληγεις αλιενσ γωορ εξει** A piscatore quodā natū qui quū manibus pisces tētare; vultusq; accepisset; percussus inquit sapiā. Nec dissimile Hesiodiū illud. Rem factam stultus intelligit. Nec diuetsum sensum habet & hoc Homericū. **παθου δε τευμπιος ε γγω**. i. passus stultus cognouit. Hæc omnia in eos dicunt qui non nisi magno suo malo docti sapiunt; quū consultius sit alienis malis cautiorem fieri.

Fulgur ex vitro. **CXXXVIII** **ασρατη εκ πτελιου**. i. fulgur ex vitro. De impotentium ita minisq; dici potest. Nam fulgur ex aquarum nitentium ve vasculorum vibratione in muris aduersis adumbratum; nullam profus vim habet.

Adagiōrum veterum Collectanea.

Inanes Culmos excussisti. αταρ εκ καθαρωρ αχυρωρ
τετρυνηκασ. CXXXVIII.

Græcum est in eos; qui ex labore suo nullum sunt fructum consecuti.

Mali fontem repperit. κακου πηγῆρ ἤυρερ. CXXXV.

De ijs dici solitum; qui ipsi sibi malorum multitudinem asciscunt.

Tristis Scytale. αχνημενρ σκυταλη. CXXXVI.

De tristi allato nūcio dici. A Laconicę Scytales cōsuetudine sumptū.

Duabus federe sellis. CXXXVII.

Hoc Lectorio Laberi^o Ciceroni p̄fidia leuitatēq; exprobrauit; q̄ nūc his nūc illis ptibus studuisset. Idq; a Macrobio in Saturnalib⁹ cœnis hunc in modū referē. Laberius minus in senatū a Cæsare lectus; quū a Cicerone ad cōcessum non recipere; dicēte; reciperē te; nisi anguste federe mus; nimis mordaciter respōdit. At qui solebas duabus sellis federe. ob ijcies tāto viro lubricū fidei. Sed id qđ Cicero dixit; nisi anguste federe mus scōma erat in Cæsare; qui in senatū passim tā multos admittebat; vt eos quatuosdecim gradus capere non possent. Hęc Macrobius.

Harenam numeras CXXXVIII.

αμμορ μετρεισ. id est harenam numeras; siue metiris. id est rē infiniti laboris inceptas.

Ad Græcas Calendas. CXXXIX

Qđ nunq̄ futurū significamus; id ad græcas Calēdas futurum dicimus propterea q̄ illi calendis quidem carent; sed Neomenias habent.

Argenteis hastis pugnare. CXL.

Oraculo quondam responsum fuit. αργυραῖσ λουχαισ μαχου. Argenteis hastis pugna & omnes viceris. significante deo nihil esse qđ pecunia non expugnet. græcum est.

Alienā messem metis. αλλοτριου αμασ θεροσ. CXLI.

Dicitur tum in eos qui res alieno labore partas obtinent; tum in illosq; aliena negocia curant indiligenter. A vetusto more tractum; quo vicini rustici; in demetenda segete mutuam inter se operam cōmodabant Nullus autem in alieno diligens habetur.

Simul & da & accipe. αμα διδου και λαμβανε. CXLII.

His verbis eū monebāt qui cum hoīe si de parum certa cōmerciū effet cōmutationēve facturus. i. ne quid dederis; nisi pariter & receperis.

Argiua calumnia. CXLIII.

αργεια φορα; id est argiua calumnia. Ab Argiuorum moribus sumptum; quos calumniosos litiumq; amantes fuisse legimus.

De artificio apparens deus. CXLIII.

απομηχανῆσ θεοσ επιφανεισ. i. ex arte de⁹ apparēs. Et fabularū

Desiderij Erasmi Roterodami

cōsuetudine sumptū i quib⁹ artificio quodā machinisq; dij de iprouiso in pscenijs apparēt. de his dī quibus p̄ter spem atq; opinionē derepē te magna quēdā vtilitas obtingit. Ad quod propemodū alluisse Cicero videtur in libris de natura deorū: quū in fabulis si quādo exitū poeta explicare non potuit; deum aliquem ex insperato induci solere dicit.

Simplex veritatis oratio.

CXLV.

απλοσ ω τυθοσ τησ αληθειασ εφυ. i. simplex veritatis fabula i. vera dicēs simplici fermōe vtīf. Tragici cui⁹ dā eē Politian⁹ admōet

Alcynoi apologus.

CXLVI.

απωλογοσ αλκυννοσ. id est apologus Alcynoi. Est sermo delir⁹ & longus de meris nugamentis. Cuiusmodi fere sunt fabulæ muliercularum. Ex odyssæa sumptum.

Rumpere filium.

CXLVII.

Pro eo qd̄ est necessitate effugere. Lucianus κατατήρ παροιμιαυ Δαρριζωμερτωκαλωδιου. i. rumpemus filiū. Est om̄ grecis puerū biū hmōi απορραγησεται τεινομενορ τοκαλωδιου. i. frāget tensa chorda. De ijs dicitur: qui inuiti coactiq; quippiam agunt.

Magistratus virum arguit.

CXLVIII.

Pyttaci Mitilenēi sentētia αρχή ανδραδεικνυσι. i. principatus virū iudicat. vis nosse cuiusmodi sit homo: committe imperium.

Dat veniam coruis: vexat censura columbas.

CXLIX.

A philosophi cuiusdam apophthegmate tracta sententia. qui dixit ciuitatum leges araneorum telis esse persimiles: quibus imbecilles modo irretirentur: potentiores vero perumprent.

Optimum aliena insania frui.

CL.

Optimum est ex aliorum malis stultitiaq; voluptatem et commodum capere. apud Plinium Cecilium.

Contra Cretensem Cretizare.

CLI.

Cretensium vanitas multorū auctorū testimonijs est nobilitata: vel Epimenidis versus: qui tñ ipse Cretensis fuit. Cuius hic versus a diuo Paulo citatur κρήτες αει ψευσαι κακαθηρια γασερες ανγοι. i. Cretēs ses semper mendaces: malæ bestiæ; ventres pigri. Inde puerbiū apud græcos natum προς κρήτα κρητιζειν. i. Contra Cretē Cretizare: id est cū mendacibus mendacijs; cum perfidis perfidia vtendum.

Hodie nullam lineam duxi.

CLII.

Ab artifice studioso ve dici pōt; q se significet eo die a studio artificio, ve profus cessasse. Id adagiū vnde sit natum Plinius histo. na. li. xxxv. refert his verbis. Apelli fuit alioqui p̄petua consuetudo nunq̄ tā occupatū diem agēdi; vt non lineam ducendo exerceret artem: quod ab eo

Adagiorum veterum Collectanea.

in prouerbum venit.

Ne futor, vltra crepidam.

CLIII

Id est, ne quis de his iudicet quod non didicit. Natu & hoc ex Apellis verbo de quo eodē loco cōtinēter meminit Plinius. Idē inquit nepē Apelles perfecta opera proponebat in p̄gula transeuntibus; atque post ipsā tabulā latens; vitia qui notabat auscultabat; vulgū diligentiorē iudicē se p̄fere rens. Eruntque a futore reprehensum; quod in crepidis vna itus pauciores fecisset ansas. Eodem potero die superbe emēdationē pristinae admonitionis cauillate circa crus; indignatum prospexisse; denunciantem; ne supra Crepiam futor iudicaret. Quod & ipsum in prouerbum venit.

Rixari de lana caprina.

CLIIII

Est de re friuola nihilque contendere. Hor. de ijs qui ob causas quātūnis friuolam rixam cū amicis suscipiunt. Alter inquit rixat de lana sepe caprina. i. de nihilo. Capra enim fetas potius habet quā lanam.

Dente Theonino rodere. Similiaque.

CLV.

Est cōuitijs lacerare. Fuit enim Theon quidā rabiosa loquacitate petulā tissime maledicus. Hor. Dente Theonino quū circūroditur. Consimili ratione. Canina eloquentia pro detractōne apud Hieronymū non semel legit. Ijsque eius verbi Appium auctorem noiat. Itē & Hypponactē p̄conium apud Ciceronem in epistolis familiaribus. De Tigellio ita scribens. Eumque addictum iam tum puto esse Calui Licinij Hypponacteo p̄conio. Erat autem Hypponax lambographus amarulentus qui nonnullos eorum in quos scripserat ad laqueum adegit.

Tua res agitur; paries cū proximus ardet

CLVI.

Amicorū mala ad amicos attinēt. Hor. in ep̄is. Ecquid ad te post paulo v̄tura pericula sentis? Nā tua res agitur paries quū proximus ardet.

Tineas pascere.

CLVII.

Est nemine vtente situpetire. Horatius ad librum suum. Contrectatus vbi manus fordescere vulgi Cōperis; aut tineas pascēs taciturnus incertes; Aut fugies Vticam; aut vincētus mitteris Ilerdam.

Pennas vltra nidum extendere

CLVIII.

Est rem fortunāque quā tenuem a maioribus acceperis, auctiorem reddere. Hor. Me Libertino natum patre & in tenui re. Maiores pennas nido extendisse loqueris. Vt quantum generi demas virtutibus addas.

A sinum male parentem in rupes protulit.

CLIX.

Hoc est eum qui salutari consilio obtemperare recusabat suo vti passus est; vt vel malo doctior stultitiam intelligeret & suam. Ex apologo sumptum. Hor. Qui male parentem in rupes protulit a sellum; Iratus; quis enim inuitum seruare laboret?

Desiderij Erasmi Roterodami

Fores aperire. Iacere fundamenta. Munire viam.

CLX

Est ingressum rei cuiuspiã patefacere; & tãq̃ initiũ facere. Plinius in histõ. mudi. Obliquitatẽ eius intellexisse; hoc est rerũ fores aperuisse Anaximander Milesius traditur. Neq; admodũ diuersum ab hoc fẽsum habent; Iacere fũdamẽta; & munire viã pro eo quod est ea dicere quæ ad rem præparandam pertinent.

Apertere musarum ianue

CLXI.

ἀνεωγμεναι μουσῶν θυραι. i. apertæ musarũ ianue; Græci in pro uerbio erat; de his qui facili prõptõq; essent ingenio; nec tarde qđ traditur pciperẽt. E diuerso qui tardiores sunt; clausis musarum ianuis disce-re recte dicentur.

Viri antiqui maxillæ sunt baculus. ἀρδρος γεροντος αἰγυαθοῖ βακτηρία.

CLXII.

Græcũ prouerbiũ; i senes edaciores. Ea em̃ et ascibo peride vt baculo sustentatur. Hodieq; sensũ est verbũ. Dentibus memet sustento.

ἀντιπελαργει. Antipelargin.

CLXIII.

Antipelargi. est pro acceptis beneficijs gratiã referre. a Ciconia tractũ quam senecta deficientem pulli vicissim alere dicuntur. Græci em̃ Ciconiam pelargon vocant.

Auribus lupum teno.

CLXIII.

Græcis i prouerbio fuisse Donatur testatur ijs quidẽ τῶν ὠτῶν ἐχῶ τοῦ λύκου ὡν τε χεῖρ οὐτὰ φεῖναι δύναμαι. Quadrat i eos qui eiusmodi negotio iuoluunt; qđ nec relinq̃re q̃unt; nec absoluere Antho ni erat yxor domi; quã nec ei jecere poterat, ppter dãnationẽ iudicũ nec retinere ppter pr̃is violẽtiã Iano inqt qđ aiũt aurib⁹ teneo lupũ. Nã neq; quo a me amittã iuenio; neq; vti retineã scio. Atq; idẽ sibi i Phædria euenire subiecit leno; quẽ neq; retinere poterat qa nihil afferebat; neq; repellere q; improbe blãdus esset; multaq; promitteret. Ad idẽ adagium allusisse videtur Cæcilius apud Gelliũ. Nã hic sunt amici pessimi; frõte hilaro; corde tristi; quos neq; vt apprehẽdas neq; vt mittas scias.

Ad restim res redijt

CLXV.

Hoc adagio summa rerũ desperatio significat. quẽ tũ videtur esse quũ mortem nobis ipsis consciscimus. Terentius. in Phor. Opera tua ad restim mihi quidem res redijt planissime.

Ita fugias ne præter casam.

CLXVI.

Cõmẽ dat hoc prouerbio mediocritas; ne sic aliud vitiũ fugiamus; vt in aliud i cauti deuoluamur. Terẽ. Nostrapte culpa facim⁹; vt malos expediat esse; dũ dici nimium nos bonos studemus & benignos. Ita fugiam⁹; ne pter casam (quod aiunt) verba sũt Demiphonis senis semet accu

Adagiorum veterum Collectanea.

santis: q̄ dū auari famā fugeret: stulti rephēsiōnē incurrisset. Donatus hoc pacto exponit: Ita fugitone casā tuā p̄mittas: q̄ sit tibi tutissimū acceptaculū: aut ita fugias ne p̄ter casamvbi custodiri mage& prehēdi fur:& multari verberib⁹ pōt. Aut verbū erat furē exagitātis & iterea p̄uidētis, ne añ casam trāfeat: ne in p̄tereundo etiā ide aliqd rapiat. Quē quidem verba miror hominē tam eruditum pro cōmento ascripsisse.

Sepe etiā est holitor valde oportuna loquutus. **CLXVII**
 πολλακι και κηρωροσ ανηρ μαδα και ριορ ειπαρ. Versus
 græcis puerbij vice celebrat⁹ auctore Gellio. Parœnesis est: nō esse cōtē
 nendā salutarē & vtīlē sententiā: propter auctoris humilitatē. Cui v̄
 her. ēter consonū est illud Cecilij apud Cic. in tus. quēsti. Sepe est etiā
 s̄b pallio sordido sapientia. Nec dissonat Plautinū illud in capti. duo.
 Vt summa sepe ingenia occulto latent. Deniq; & nostrę ætatis adagiū
 extat: A stulto homine prudens verbum nonnunq̄ proferri

Caninum pandium.

CLXVIII.

Quod adagiū Gellius in noctium libro. xiiij. capitulo vltimo his verbis
 enarrat. Eius autē loci in quo id prouerbiū est verba hęc sunt: videlicet
 in Satyrarū libro. M. Varronis qui υ, Δ ω ρ κ ρ υ ο ρ. id est aqua rigēs in
 scribit. Nō vides apud Mnescheū scribi: tria generē esse vini: nigrū, al
 bū, mediū: q̄d vocant κ ι ρ ρ ο ρ gilū: nouū, vetus, mediū: & efficere nis
 grum virus: albū vrinam: medium π ε ψ ι ρ: id est concoctionē. Nouum
 refrigerare: vetus calefacere: mediū vero esse prandiū caninum. Quid
 significet prandiū caninū rem leuiculā diu & anxie q̄siuimus. Prādium
 autē abstemiū in quo nihil vini potat caninum dicitur: qm̄ canis vino
 caret. Quū igitur mediū vinū appellasset q̄d neq; nouū neq; vetus esset
 & plerūq; hoies ita loquātur: vt oē vinum aut nouū esse dicant: aut ve
 tus: nullā vim habere significauit neq; noui neq; veteris: q̄d mediū eēt.
 Idcirco provino non habēdū: quia neq; refrigeraret: neq; calefaceret.

Malum consiliū consultori pessimum est **CLXIX.**

Ab Hetruscis aruspibus ductū adagiū: qui populo Romano pœnas
 dederūt: q̄ perfido inimicoq; animo suassissent: vt Horatij Coclitis sta
 tua fulmine deiecta: in inferiorē locum soli inaccessum transferretur.
 Inde versus hic scite factus cantusq; pueris vrbe tota fertur: malū con
 siliū consultori pessimū. Videtur autē hic versus de græco illo Hesio
 diuersu expressus ε, Δ ε κ η α κ β ο υ λ η τ ω β ο υ λ ε υ σ α η ν τ ι κ α κ ι ζ η
 id est Consultum male consultori pessima res est.

Vir fugiens & denuo pugnabit.

CLXX.

Quū Demostheni p̄bro obijceret: q̄ in eo prelio quo Philip⁹us Athe
 nienfes apud Cheroneā vicit, clypeo abiecto fugisset: versu illo notissī

Desiderij Erasmi Roterodami

mo illufit. *αυηρ οθ ευρωρ και παλιρ μαχησεται*. i. vir fugiēs ite-
rum pugnabit. Hoc euenit; denuo pigeat experiri . imitemurq; potius
Dauū Terentianū. Hac inquit non successit; alia aggrediendū est via.

Curruca. Cuculus.

CLXXI.

Noftra tēpeftate cuculos vocat vulgus; quorū vxores alij poffidēt. Ve-
rum Iuuenalis eiuſmodi maritū currucā vocat. Eā auē putat eſſe Domi-
tius quā Ariſtoteles in libris de aialiam naturis Hypolaīda nominat.
In huius nidū cuculū ova ſua ſupponere. Ea illā educare p ſuis. Etiāſi
Plinius Cocycē (ſic em̄ græci cuculū vocāt) in palūbium nidos ſua ova
ſubdere ſcribit. Q; ſi eadē eſt latine Curruca q̄ Græce hypolais; mire in
adultere maritū conuenit; alienam pro ſua adamantē & alienos liberos
pro ſuis educantē. Porro que alius naſcio quis Vallēſis de Huruca ad-
fert; coactiora mihi vidētur. Cuculum aut vocat Plautus adulterū mari-
tū; tanq̄ qui ova ſua in alienis nidis ponat. Sic enim Atthemone mari-
tū in meretricis ſinu deprehenſum eiſciens. At etiā inquit cubat cucul-
pauloq; poſt. Cano inquit capite te cuculum vxor ex luſtris rapit.

Digito compellere labellum. Harpocratem facere. & in eū-
dem ſenſum alia.

CLXXII.

Prouerbiale quid dā habet hec clauſula; digito labellum compellere;
pro eo quod eſt arcanū & fidei cōmiſſum ſermonē cōtinere Alludit em̄
vel ad Angeronā deam ſilentij præfulē (vt author eſt Solinus) cuius ſa-
cellum Romæ inter antiquiſſimas religiones habitū. I pſa p̄nexo obſi-
gnatoq; ore ſimulachrū habebat. Vel ad Harpocratē deū Aegyptium
qui digito labijs impreſſo ſingebat; geſtu ſilentii arcanum indicentis.
De quo eſt illud Ouidianū. Quiq; p̄mit vocem digitoq; ſilētia ſuadet.
Inde Harpocratē facere. i. tacitum. Catullus. Et patrū reddidit Har-
pocratem. Eſt illud apud Comicoſ frequens. Mortuo dixeris. Sepulto
verba fiunt. Mortuo fabulam narras. Itemq; Lapidī dixeris. Mutuū di-
ces. vbi & hoc modo loqui licuerit. Harpocrati dixeris; ant Harpocra-
tem me dices; vel Harpocrates non continuerit fidelius.

Pulcherrimum eſt Athletan Herculi placere; aut mimū Ro-
ſcio.

CLXXIII.

Vetus ait eſſe Cāpanus. Id demum ſummę laudis eſt; nō vulgo; ſed ip-
ſis artis principalibus; in arte ſatiffacere. Nā id quidē fuit Hercu. in re
militari qđ Roſcius in actione; cuius oculis nullis vnq̄ hiſtrio ſatiffecit

Suis cuiq; aui plumis eſt vſus.

CLXXIII.

Vulgo iactatum verbū; quo ſignificāt; nulli ſuis opulento quicq̄ ſuper
eſſe. Potētibus em̄ vt plus eſt rei; ita ſumptus eſt amplior faciendus. Et
tam aquilæ ſuis vſus eſt plumis; q̄ hyrundini ſuis.

Adagiorum veterum Collectanea.

Apertis tibijs.

CLXXV.

CCCXIII.

Ironice in homines terribiles dicitur: quiq; ſibi vehemēter vidētur ſape re. I uenalis. Tertius e cœlo cecidit Cato. Nā duos Catones cœlo de miſſos creditū eſt: vt bellū cū vitijs gererēt. Hor. Hæc me Stertinius ſapientum octauis. Septem enim apud Græcos numerātur ſapientes.

Secundā meliora. Δευτερωρα μείωωρα. id eſt ſecū diſ melioribus.

CCCXV.

A ſacta faciētibus translatur: qui ſacrificū iterato cōſtueuerūt: ſi quādo prima hoſtia nō liſſet. Teſtis Cicero lib. de diuinatione ſecūdo. Idem monemur hoc Græco puerbio qđ euangelica parabola de amico: qui noctu amici pulſauit oſtium ac tres panes improbe petens accepit

Eandē penſaberis trutina.

CCCXVI.

Ea lege tecum agetur: qua tu cū alijs egeris. Hor. in ſer. Hac lege in tur tina ponetur eadē. Idem in epiſtolis. Romani pēſantur eadē ſcriptores trutina. Similis huic euangelica metaphora. Eadē meſura qua emetie mini: remetietur vobis. Vtraq; tranſlatio accomodatiſſima. Quin & Per ſius Horatium vt ſolet exprimens; exameny inquit improbū in iſta Ca ſtiges turtina.

Nil intra eſt oleam: nil extra eſt in nuce duri.

CCCXVII.

Prouerbialis eſt verſus apud Hora. in ep. in eos: qui manifeſto falſa pro veris affirmāt: & conſeſſa negant. Nam cum huiuſmodi hominū genere nō eſt diſſortādū. Cōſtat autē inter ſanos & extra in nuce duri eſſe ali quid: & intra oleam.

Ire per extentum funem.

CCCXVIII.

Eſt rem per difficilem factū facere: Parum liquet vnde tranſlacū: etiā ſi Acronia funābulis ſūptū videtur: qui p funē pēſū inābulāt. Hor. Ille p extētū funē nūli poſſe videt Ire poeta: meſi qui pētus ianiter angit

Adagiorum veterum Collectanea.

Propria vineta cedere.

CCCXIX

Dicitur: is qui semetipsum suosq; carpitq; ac lacerat. Hor. Multa quidem nobis facimus mala multa poetæ. Vt vineta egomet cedam mea

Zonam perdit

CCCXX

Castrense puerbiū: in eosq; nihil hnt. Græca fabula tractū Actō admo-
net. Porphirion a militū cōsuetudine: q; q; hnt in zona secū portant.
Est autem apud Hora. in epi. Ibit eo quo vis qui zonam perdidit iquit

Taurum tollet: qui vitulum sustulerit.

CCCXXI

Politianus in Miscellaneis Hinc etiā puto natum puerbium illud vt di-
catur posse: taurum tollere qui vitulū sustulerit. Refertq; ibidē. Quartil-
læ verba ex petronio. Iunonem meam iratā habeam: si me vnq; memis-
nerim virginem fuisse. Nam infans cum paribus inquinata sum: & sub-
inde prodeuntibus annis maioribus me pueris applicui: donec ad hāc
ætatem perueni. Ex quo sensus prouerbij liquet: videlicet maiora pec-
caturum maiorem: qui puer minoribus vitijs allueuerit.

Marthecophori quidem multi Bacchi vero pauci πολλοι

μεν βαρθηκορτοι παυροι λεγε βαηχοι. CCCXXII.

Apud platonem legitur in Phedone: a bacchanalium certi monijs tranf-
latū in quib⁹ oēs quidē thyrsos. i. hastas vites Bacchi insigne gestabāt
bacchi tamen non omnes erant. Conuenit in eos qui insigne virtutis ac
eruditionis habent: neq; virtutem neq; doctrinā habentes. Perinde
ac si dicās: nō omnis theologico pallio insignitus theologus: neq; om-
nes pileati litteras sciunt: neq; omnes cuculati monachi sunt.

Iusticia iustior. Libra æquior.

CCCXXIII

Δικαιοτεροσ σαχανθσ. Δικησ Δικαιοτεροσ. Vtrumq; de ijs. dē:
quos admodum iustos & æquos significamus.

De pilo pendet.

CCCXXIII

εκτριχοσ κρεμαται. .i. ex capillo pendet. De rebus vehemen-
ter dubijs & periculosis. Quod verbis el hodie vulgo nostrati in ore est

E lupi faucibus eripui

CCCXXV

εκ λυκου σωματοσ αφειλω De ijs q; pter spē tē pmodū amissaz
recipiūt Veluti si nos pecuniā a pfecto littoris Donariēsis recepissēmus

Non capit murem Elephantis

CCCXXVI

ελεφασ. μυρ. κυχαλισ κειδ est elephantus murē non capit: id est
ij. qui magno sunt animo res minutas negligunt.

Elephantum ex musca facis.

CCCXXVII

ελεφαντασ εκ μυιασ ποιεισ. i. elephantos ex muscis facis Conue-
nit in eum: qui parua sermone amplificat. Simile est illud. Paruo pes-
di calceos magnos circumdare.

Eij.

Desiderij Erasmi Roterodami

De lapide emptus.

CCCXXVIII.

In hominem obscurum vilissimūq; dicitur. Nam emptitij serui infimę notę erant; Cicerō præter duos de lapide emptos, a præconis lapide sūptum. Simillimum est Græco illi. Cum sale emptus.

In eadem est nauis.

CCCXXIX

Hoc est in cōmuni piculo. Translatū ab his q̄ eodē nauigia vehūtur ad quos omne periculū cōmuniter ptinet. Est apud Ciceronē i epistolis.

Lari sacrificant. Proteruiam fecit.

CCCXXX.

De his quoq; dici potest qui edaciores sunt conuiuę: q̄q; e conuiuio apposito nihil reliqui faciunt. Ex huiusmodi em̄ sacri genere: nefas erat quicq̄ offerri. Simillimū huic est Catonis illud in quendam qui patrimonium vniuersum absumperat; excepta domo vna: quę incendio conflagrauit. Hunc hominem Cato proteruiam fecisse dicebat; quod gen^o sacrificij est eiusmodi: vt reliquias igni absumi sit necesse.

Delphinum cauda alligas. Δελφίνα προσ τοῦ

καίον λείπεις.

CCCXXXI

Græcum adagium. In eos qui teneri non queunt. Quod hodieq; vulgo dicitur: Anguillam cauda tenes

Inuento vřso vestigia insequeris. ἀρκυοῦ παδουσηστὰ

ἰχθυήσεις.

CCCXXXII.

A timidis venatoribus translatum; in eos qui p̄sente eo quem debeāt vlcisci; alias nugas agunt. Simile est illud Platonis in legibus. De cane in lapidē iactum sæuiente: eo qui iecit omisso.

Cocta numerabimur sexta.

CCCXXXIII.

Hoc Diomedes Grammaticus pro prouerbij exemplo posuit. Eiusq; hunc esse sensum scripsit; ex euentu sciemus.

Nescis quid vesper ferus vehat.

CCCXXXIII.

Ex Menippeis Satiris. M. Varronis liber est teste Gellio, lepidissimus cui titulus est: Nescis quid serus vesper vehat; quem prouerbialē esse sicuti sunt pleriq; alij puto nemini dubium videri. Quo grauit̄ mone mur ne p̄senti prosperitate elati; futuri curam abijciamus

Ad viuum. Summo iure.

CCCXXXV.

Id est ad cutē vsq; ita loquimur nimis exactā rōnē significātes; videlz quū rē nimis acriter virgem^o. Thrasimach^o apud Platonē Socratē Sycophiātā appellat. ij calūniatorē; q̄ orōnē suā ad nimis arctā rationem exi gat; deprauans potius recte dicta; q̄ incautus dicta in meliorē sensum trahens. Additq; Quare secūdū exactā rōnē: quādo & tu ad viuū referas; null^o artifex peccat. Nec huic dissimile illud apud Ciceronē p̄ Cæsariana. Nā ceteri iquit tū ad istā orōnē decurrūt; quū se in causa putāt ha

Adagiorum veterum Collectanea.

bere equū & bonū quā defendāt; si cōtra: verbis & literis & (vt dicitur solet) summo iure cōtendit; solent eiusmodi iniquitati & boni & equi nomen dignitatēq; opponere. Est igitur summo iure cōtendere: leges ad viuū & nimis seueram rationē exigere. vnde & illud. Sūmum ius; summa malitia

Boni ad bonorū conuiuia vel inuocati accedunt. *αυτοματου
Δε αγαθοι αγαθωρ επιδαικτασ ιενται* CCCXXXVI.

Græcum adagiū apud Platonē in conuiuio vbi Socrates Aristodemū ad Agathonis conuiuū vna adducens: Sequere me inquit vt prouerbum transgrediamur: illud in hunc modum mutantes; q; ad bonorum hominū coenas boni homines etiam non inuitari proficiscuntur.

Canis a corio nunq̄ absterrebitur vnq̄o. CCCXXXVII.
In Horatianis est sermonib; in eos qui lucri cupiditate turpitudinem libenter admittunt.

Crescētē tumidis infla sermonibus vtrē. CCCXXXVIII.

In eadem est Satyra: de eo qui per assentationem & falsas laudes stultis animos erigunt.

Cristæ surgunt. CCCXXXIX.

In eos dicitur qui sibi stulte placent; seq; ipsos mirantur. Ab auib; tractum. Iuuenalis. Quid apertius: & tam n̄ illi Surgebant cristæ.

Subsidunt pennæ. CCCXL.

De ijs dicitur qui animos demittunt; sibiq; placere desinunt. A Pauonum confusione ductum. Iuena. Vt tamen omnes subsidant pennæ.

Gygis anulus *γυγου δακτυλιος*. CCCXLI.

A Gygo illo quē Glaucō apud Platonē secūdo de rep. li. fingit ductum prouerbum: in eos qui miris machinis & occultis dolis rem conficiūt.

A duce muliere ducitur mulier. *γυρη σιατι γει και γυνη
σνατευεται*. CCCXLII.

Græcum adagium in meticulosos.

Tam nudus q̄ ex matre. CCCXLIII.

γυμνος ωσ ε γ μητροσ. nud; vt ex matre: de vehemētior egēte dicitur Auis vulpes nō capitur. *γναυσ αχω πηξ αυχαλισκεται*.

CCCXLIII.

In longo rerum vsu callidos Græci dicebant; aut in eos qui numerib; corrumpi non possunt.

Ionis cerebrum. *Διος εγκεφαλος*. CCCXLV.

In eos dicebatur qui genialiter viuerent; propterea q; apud Persas laesumptuoseq; epulæ Ionis cerebrum vocarentur.

Rusticantem oratorem ne cōtemnas. *Αγρικου μη κατα
φρουσικη ρητοροσ*. CCCXLVI.

E iij

Desiderij Erasmi Roterodami

Id est hominem quis inferiore fortuna ne despicias. Græcum & hoc.

In tenebris saltas. ερ σκοτω ορχειοζαι. CCCXLVII.

Id est sine teste laboras.

Sibi canere. CCCXLVIII.

Est ad suam voluptatem non aliorum iudicium quippiã facere. Hieronymus. Dignus qui sibi tantum canat & musis. Et in Platonis conuio tibia sibi iubetur canere.

Aestate vestem deteris. ερ θερει ειρ λλαινα κατατριβεις. CCCXLIX.

Insulte profusos dictum; qui sine causa prodigunt; atq; ibi vbi sumptu est opus egent.

In tritio sum. ερ τριτω δω ειμαι. CCL.

In perplexos conuenit & dubitantes quid potissimum sit agendum.

Mercurius non doctus. ερ μησ αμυντος. CCLI.

Contumeliosum adagium in eos; qui experientia rerum non eruditior ne sapiunt. Simile Horatianum illud de Ofello. Rusticus anormis sapiens crassaq; Minerua doctus.

Dormientis rete cepit. ερ δοντια κυρτος αιρει. CCLII.

A piscatoribus translatum; quibus & dormientibus retia pisces capiunt.

Comperit in eum; cui res stulte instituta bene tamen vertit; cuiue citra operam boni quippigm obuenit.

Cothurno instabilior. ερ μετ εθελω λωτε προσ κεθωνου. CCLIII.

In hominem lubrica ancipitiq; fida dicitur. Nam cothurnus calceamēti genus est vtilibet pedi conuenientis.

In vino veritas. ερ οινω αληθεια. CCLIII.

epoioy αληθεια. vinū em cuiusq; geniu arguit. Alcibiades in Symposio Platonis. Quæ vero sequuntur; non prius audiatist q̄ prouerbum illud recensuerim. Vinū & cū pueritia & sine pueritia esse veridicum.

Abasino lanam. απωνου ποκος. CCLV.

Simile est Plautino illi. E pumice aquam postulas. Neq; enim est abasino lana expectanda.

Spartano liberio. ελεθθεριότερα σπαρτησ. CCLVI.

Spartani enim generoso minimeq; seruili ingenio fuisse; perhibentur.

Ventus neq; nauigare finit; neq; manere. ερ ουντε πλεην. CCLVII.

Eundem habet sensum cum Terentiano illo. Auribus lupum teneo.

Iuppiter absq; filiis. ζευσ αργονος. CCLVIII.

De inopinabilia incredibiliq; dicētib; . Simile est Horatiano illi. Nil extra est oleum; nil intra est in nuce duri.

εσ γουτησ λειοσ φ

Adagiorum veterum Collectanea.

Olle amicitia. ἡ τῆς χυτρα φιλία. CCCLIX.
De his dici solitum. qui ventris causa fiunt amici: quos mensæ amicòs sapiens quidam appellat.

Doliaris vita. ὡς πρὸς τὸν θόρον. CCCLX.
Est vita frugalis minimeq; ambitiosa. ADiogenis dolio sumptū adagiū De gustu iudicare. ἐκ γυνεωσκειρ. CCCLXI

Ex leucula re maiorum coniecturam facere.
Vel ter sex: vel tres taxilli. CCCLXII.

ἢ τριῶν ἢ τριῶν κυβοῖ. i. vel ter sex: vel tres taxilli. Ab ijs dici solitum qui extremavolunt experiri: vt aut omnia vicant: aut amittāt omnia. In ter sex talis summa victoria consistebat: in tribus nulla.

Sylofontis chlamys. ἡ συλωσοντος χλαμυς. CCCLXIII.
De veste ambitiosa dicebatur. Syloson enim Dario priuato adhuc vestem quandam precio inæstimabili donarat. Cui⁹ muneris memor creatus rex illum ab exilio restituit.

Equus me portat: rex me alit. CCCLXIII
ἢ πρὸς με φερεῖ, βασιλευς με τρεφει. i. equus me portat, rex me alit. Græcū adagiū qui alieno sumptu molliter & magnifice viuunt.

Qd̄ a milite quodā Philippi regis natum ferunt: qui a matre monitus vt missionem peteret: hunc in modum responderit: Idem Horati⁹. Ari stippo tribuit in epistolis. Rectius hoc & splendidius multo est: equus vt me portet: alat rex. Quo in loco Acron prouerbij eius admonet.

Corcorus in lachanis. Graculus inter musas. Anser inter holores. CCCLXV.

κωρκορος ἐν λαχανοῖσι. i. corcorus inter holera. In eos dici solitū qui quū infimæ sint cōditionis: maximis tamen æquari volunt. Est em̄ Corcorus apud Pliniū holeris genus vilissimū. Nec huic dissimile Graculus inter musas. Et Vergilianum illud. Anser inter holores.

Aderit Temellæus Genius. παρῆσαί τεπεωειος Δαιμων. CCCLXVI.

Refert Pausanias in Eliacis Temesse comitē cōueniēdū Vlyssis obvirginē constupratā occisum: atq; ob id laruas ei⁹ nisi placarent, quotānis oblatavirgine: grassari solitas: ac perniciē adferre omni ætati ac sexui. Isq; Geni⁹ eius loci credit⁹ est. Hūc Euthym⁹ pictes. i. pugil Temessam reuersus cōpescuit virgine quā deuouerāt, liberata: atq; in m̄imonij accepta De eodē ita meminit Elian⁹. Euthim⁹ iquit Locrus ex Italia p̄des Inclytus & robore isigni fuit: lapidē gestabat igēti magnitudine: q̄ Locris ostēdit: & Temeseū heroa qd̄ cuiq; per vim abstulerat: reddere coegit: etiā cū scenore: vt idē natū sit adagiū ijs qui fordidos & iniustos

Desiderij Erasmi Roterodami

quæstus faciunt affore Temesæum Genium; id est dependenda cum
fœnore quæ præter ius abstulerint.

In lenticula vnguentum.

CCCLXVII.

Apud. A. Gellium lib. xiiij. ca. xxvij. deprauate legitur hoc adagiū: puta
το ερτηθακρυ μυθορ. i. quod hunc in modū emendat Hermola^o
το ερτηθακρη μυθορ. i. in lenticula vnguentū. Est autē lenticula legu-
minis genus læti persimile; sed diuersum. Dicit cōuenit in eos: qui rē per
se rectā non apte neq; in loco agunt. Sic em̄ Fronto apud Gelliū. Vide
te tamen inquit; ne existimetis semper atq; in omni loco mortales mul-
tos pro multis hominibus esse dicēdnm. Ne plane fiat Græcum illud
de. Varronis satyra prouerbiū το ερτηθακρυ. Nisi forte lenticulaz
pro vasculo malimus accipere: vtrūq; enim ea vox significat.

Inexplebile doliū; Pertusū doliū. α πλησοσ ωθησο. CCCLXVIII.
Vtrūq; a Belidum puellarum supplicio tactū. Prius in auidos & rapaces
dicitur: Posterior in obliuiosos: quibus quicqd eruditionis ifunditur p-
tinus effluit. Ab eadē fabula ductum & illud qđ hodieq; vulgo perseue-
rat. Cribro aquas haurire. Plato de rep. li. secundo. In iustos cœno quo-
dam apud infetos obruunt; & aquam cribro ferre cogunt.

Odi memorē compotorem

CCCLXIX.

Hanc sententiā. Quoniā Epigrāmaticus poeta Græcis verbis carmini
inferuit nō dubitādū arbitror: quin fuerit. puerbialis. Inferuit eodē mo-
do Pythagoricum illud. Cādide κοινα φιλορ sunt hæc tua candide
παντα. Et Iuuenalis. Apollinis oraculū intertexuit. E cœlo descēdit
γνωθι σεαυτορ Martialis epigrāma notissimū est in Procyllū; qui in
ter pocula iustus postridie cœnatū venire: venit fero: perinde ac si iter
vina dicta pōd^o habere debeāt. Id epigrāma hoc versu claudif. μισω
μνημονοσμη ποτηρ. Procyllē. i. odi memorē compotorē Procyllē.

Aenigma Sphyngis. Oedīpo propositum

CCCLXX.

Quis est: qui primū quatuor pedibus; mox duobus; demū tribus ingre-
ditur? Homo. Is em̄ puer manibus quoq; nitif vt se erigat. deide duob^o
pedibus se sustinet: donec decrepita etas tertiū pedem addat. i. bacillū

Contra retiarum ferula.

CCCLXXI.

Do. Calderimus puerbiū fuisse admonet: in eos qui infirmo præsidio
contra maxime instructū pugnarēt. Quod si verum est. simile huic fue-
rit illud. Leonē festuca conaris occidere. Qz idem paulo post alio de-
labitur: gladiatores olim si minus placuissent ferula cæsos eijci solitos.
Martialis in Epistola hæc sunt. Deniq; videas ante deletet cōtra retia-
rium ferula. i. an id faciēdum tibi putes: quod nemo nō dānet; exhibet.

Adagiorum veterum Collectanea.

Patres nostri comederunt vnam acerbam. CCCLXXII.

Est in prophetis literis hebraicum adagium huiusmodi. Patres nostri comederunt vnam acerbam; & dentes nostri obstupuerunt. Quo licebit vti quoties significare volumus; alium in noxia esse; & alii poenas pendere. Expeditur enim nonnunquam supplicium non ab ijs qui nos leserunt sed ijs qui referite nequeant. Eandem habet sententiam quod vulgo iactatur; fuculam plerumque luere; si quid scropha mater peccauit.

In expuientem recidit; quod in caelum expuitur. εἰς τὸν οὐρανὸν ἔξερει
CCCLXXIII.

Græcis huiusmodi sententiam prouerbialē fuisse Franciscus Philelphus est auctor. In expuientis os recidere quicquid in caelum expuitur. Quo verbo monemur & festiuiter; & grauius; ne vel superis; vel potentibus maledicamus. Huiusmodi enim voces per iugulum fere redire solent. Neque tutum est eos contumelia prouocare qui possunt nutu perdere.

Scindere glaciem CCC LXXIII.

Apud eundem est; pro eo quod est in nondum tentata uiam aperire. A nauicularijs translaturum quorum vnus aliquis cæteris audacior per glacie concretum amnem nauim primus agere consuevit.

Manum de tabula. CCCLXXV.

Illud autem quod est in Ciceronis epistolis. Heus tu manum de tabula; magister adest citius quam putaramus. prouerbiale fuisse dubitandum non est; verum quem habeat sensum; aut unde sit sumptum parum liquet. Tamen si e scholis mihi quidem natum videatur a pueris qui declamationem redditori preceptoris interuentum metuit; ne tum scribentes ad huc opprimantur; quum iam debeant ad recitandum esse parati.

Nihili cocio est CCCLXXVI.

De ijs qui in posterum pollicentur; nihil autem donant in presenti. Plautus. Vetus est nihili cocio est. Quid autem sit cocio Gellius exponit. Nam veteres peruulgate cocionem dixere Ariolatorem.

Transuersum vnguem. Latum digitum. CCCLXXVII.

Legitur in epistolis Ciceronis etiam hoc. Vrge igitur transuersum vnguem (quod autem a fallo quod quidem parum a nobis legentibus intelligi non est mirum; quum ipse qui scripsit intelligi nisi ab vno noluit. Illud nemo nescit; quum minimum spatium digito prouerbialiter significari solere. ut apud Ciceronem in Verrem. Digitum non discedebant. Et in Aulularia. Plautinus Euclio. Si tu hercle ex isthoc loco digitum transuersum aut vnguem latum excesseris. qui sermo a Fabris translatus videtur quos opera sua digitis latis metiri notissimum est; ut iugerum mensores agros pedibus metiuntur.

Scyllam defugiens in charybdim incidi. CCCLXXVIII.

Desiderij Erasmi Roterodami.

Notissimū adagium; quo notatur eorū imprudētia; qui in vitanis pa-
 cem nimis sunt vehemētes; sic aliud malū fugiētes; vt in aliud grauius
 incidant; vt si quis metuens ne prodigus habeat; i sordidi hominis ne-
 tā veniat. Horatius. Nā frustra viciū vitaueris illud : St te alio prauum
 detorseris. Quadrat itē in eos; qui dū hoc infortuniū vitare studēt; in
 illud deuoluuntur. Trāslatum est prouerbiū a nauigātibz; qui dū incau-
 tius seopulum defugiūt; in Caribdim abripiuntur. Est em̄ vtrunq; mari
 nū; periculis; verū alterum ab altero diuersum. Quippe Scylla quā extat;
 nauī elidit; Charybdis imensa altitudine absorbet.

Iungere vulpes. Mulgere hircos. CCCLXXIX.

Quod est apud Vergiliū in Thyrside. Atq; idē iūgat vulpes & mulgeat
 hircos; Pastoribus in puerbio olim fuisse videri pōt. Nā rus sapit haud
 urbem. Dicit cōuenit in eos qui insanū ppiā ac vehemēter absurdum
 molīuntur. Præcesserat em̄, Qui Bauium nō odit amet tua carmina Mœ-
 ti Quum vtrūq; insanū sit; vel Bauīū mirari vel Mœui delectari Tātum
 dē itē habet insanievꝝ vulpes taurorū i morē aratro subiūgere vel ex hir-
 eo lac velle exprimere.

Caligare Insole. CCCLXXX.

Apud Eabiū legitur. Quadrat rectissime in eos qui ingenii vicio in re-
 bus clarissimis Peride vt in difficillimis cecutiūt; vt ij quibꝝ Ciceronis
 oratio tenebricosa videri solet; qui ex auctoribus vt quisq; scripsit op-
 time; ita intelligūt minime; & in libris tenebras esse causant; quū ipsi in
 oculis tenebras secū ferāt; vt nihil illis nō obscurū eē possit. Acæcis du-
 ctū est; aut certe a noctuis aut deniq; a lusciosis quorū oculis lumen ipm
 solis p tenebris est. Etenim quibus id vicij est plus noctu q̄ luce vdet.

Balbus balbum rectius intelligit. CCCLXXXI.

Hieronymus in ep̄la ad Dōnionē huiusmodi dicitio monachi cuius-
 dā stultitiā tāgit. haud scio festiuus ne an acrius. Et idcirco inqt se eru-
 ditū putat; quia Iouinianū solus itelligit. Est q̄ppe puerbium Balbum
 meliꝝ balbi verba cognoscere. Iouiniani vero stilū portētosum atq; obscu-
 rū idē Hieronymus miris salibus deridet; in præfatione librorū quibꝝ
 illiꝝ errorem coarguit. Id autē puerbriꝝ ex ipsa natura sumptū fuisse nemo
 nō videt Cōpetit i eos q̄ docte docti pter id doctorū libros nihil itelligūt

Camelum saltare. CCCLXXXII.

Quoties quippiā vehemēter absurde; & iuita Minerua; cōtraq; decorū
 fieri significamus; dicimus Camelū saltare. Veluti si quis natura seuerꝝ
 ac serius; elegans ac festiuus haberi affectet. Est apud diuum Hierony-
 mum. Risimus inquit in te iuxta vetus prouerbiū camelum saltantem.

Vt Canis e Nilo. CCCLXXXIII.

Hoc adagiū ex eo apophthegmate natum apparet; cui meminit Ma-

Adagiorum veterum Collectanea.

crobius in primo Saturnalium; id est huiusmodi. Post fugam Mutinensium querentibus quid ageret Antonius; quidam familiaris eius respondit. Quid canis in Aegypto; bibit; & fugit. Nam in illis regionibus constat canes raptu Crocodilorum exterritos bibere; & fugere. Eo hunc in modum vti licebit; ut si quem poeticam cursim & leuiter attigisse significemus; eum olim a poetis hausisse dicamus; sed ita ut canes e Nilo.

Herbam dare vel porrigere. CCCLXXXIII.

Pro eo quod est se victum & alterum victorem agnoscere; passim apud auctores occurrit. Tranillatum est a consuetudine militari. Antiquitus eius summi erant victoriae argumentum; si victus victori herbam porrexisset tanquam ipsa etiam terra atque alitrica humo se cedere significans.

Dare manus. CCCLXXXV.

Et hoc militare prouerbum est. Nam qui se victori dedit vtro manus ad vincula offerunt. Horatius in Odis. I amiam efficaci domus scientiae.

Hastam abicere. In harenam descendere. harena cedere. CCCLXXXVI.

Apud Ciceronem est in oratione pro Murena; pro eo quod est causae diffidere; & contentione relinquere. In harenam descendere; pro eo quod est certamen inire. Harena cedere; pro eo quod est certamen relinquere; utrumque adagium notius est quam ut inculcari debeat; utrumque pro gladiatoribus acceptum.

In tua ipsius te harena supero. CCCLXXXVII.

Hoc est in tua ipsius arte ac studio. Veluti si medicus contra theologum de theologia disputans eum vinceret. Politianus. Et eos in ipsorum (quod dici solet harena superabant.

Amor nullo magis emittitur quam seipso. CCCLXXXVIII.

Sententia est non minus lepida quam moralis. Seneca amatorum efficacissimum ostendens; vis inquit amari; ama. Naso. Ut ameris; amabilis esto.

In amore mutuum non reddere turpissimum est. CCCLXXXIX.

Ut illa ab aëtoribus; ita haec a creditoribus mutuata sententia; In amore mutuum non reddere turpissimum est. Nam in beneficiis quae sepe fit; ut mutuum reddere etiam qui velit; non possint; tamen in amore nemo est qui mutuum reddere non queat. Vtraque prouerbijs non a doctissimis auctoribus citata sententia est.

Si vultur es cadaver expecta. CCCXC.

A Seneca positum est; dici solitum in testamentorum captatores; qui non aliter quam vultures aliorum morte saginant. In eisdem est illud Martialis; Cuius vulturis hoc erit cadaver.

Ultra comices viuax. CCCXCI.

Ute ῥτασ κορυαο βεβωκω hoc est ultra comices viuit. Adagia est in seneciuace. Merula auctor. Est enim cornis auis admodum viuax. In idem certum. Vnde Satyricus quod viuace senecia ceruina appellauit. Mar

Desiderij Erasmi Roterodami

Cornicibus omnibus superstes. Hor. Parem cornicis vetulæ temporibus
Lycen Est enim &c.

Non omnibus dormio.

CCCXCII.

Cicero epistolarum li. viij. Olim nō omnibus dormio; sic ego mi Galle
nō oibus seruiō. Significat Cicero verū illud fuisse; nō oib⁹ dormio; hoc
suū & nouū; Non oibus seruiō puerbiū esse; Nō oib⁹ dormio; Festus p^o
pei⁹ docet. Merula trāslatū putat a maritis; q^z vxores q̄st⁹ causa mœchis
prostituūt. qui sum nū ad simulāt; v: adultero cōcedant. Iuuenalis. Do
ctus spe & tate lacunar; Doctus & ad calicem vigilāti stertere naso.

Et nos ferulæ mariū subduximus.

CCCXCIII.

Apte ab his dicit; qui se quoq; p̄ceptoribus vfos; & literas didicisse si
gnificant. Iuuenalis. Et nos ergo manū ferulæ subduximus. Hierony.
ad Domnionem. Et nos didicimus literas & nos sæpe manū ferulæ sub
duxim⁹. Quam sententiam prouerbialem fuisse vt credam; tum figura
ipsa commo ueor; tum q^z Hieronymus ea tam vbi inde vsitū.

Nullus comatus qui nō idem Cīn & Ius.

CCCXCIII.

οὐδὲ ἰσ κομητῆς ὁ σίσ ων περ αὐε ται. hoc est null⁹ comat⁹ qui
nō idē Cīn & Ius. Celebre græcis fuisse puerbiū; Synesius au⁹ tor est in
eos q^z formæ sunt studiosiores q̄ virū decet. q^z muliebri cultu delectāf

Nos nostrum onus; vos clitellas

CCCXCV.

Pro adagio refert Fabius insti. lib. v. obscurius quidem aliquāto. Ex ve
tusto quo piā Apologo natū videtur. Is qui Quintilianū emaculat ascri
psit eo significari prouerbio neutram partem absq; onere abituram.

Ouū ouo simile; & cetera. Similitudinis adagia. CCCXCVI.

Perfectam similitudinem his fere modis prouerbialiter significamus.
Non tam ouū ouo simile; quod est apud Fabium. Non tā lac lacti simi
le. Non tam aqua aquæ similis. quæ duo apud Plautum aliquo; ies inue
niūtur. Eiusdem farinae prouerbij loco vsus est Politianus. Et omnino
eiusdem; quod dici solet; farinae. hoc est eiusdem generis.

Contemptus prouerbia.

CCCXCVII.

Contēptum ac vilitatē hoc fec. ne pacto declarabimus. Flocci nō facio
Nauci non facio. virūq; apud Plautum est. Pili non facio. Catullus Nō
faciunt pili cohortē. Cic. ad fra. Ego em̄ ne pilo quidem minus te ama
bo. Huius non facio. In Adelphis. Plau Vitam tuam vitiosa nuce non
emā. Hæc vt pretoreūda nō putauit; ita admonuisse satis esse existimo.
Plautus. Homo trioboli; pro nequissimo ac nullius pretij dixit. Persius
Non tressis agaso. Idem. Et centum græcos curto centusse licetur.

Iterum ad eundem lapidem offendere.

CCCXC VIII.

Γρεῦ ἐδῖσ προσ τοῦ αὐτοῦ ποσ κρουαῖρ λιθοῦ Apte trāslatū

Adagiorum Veterum Collectanea .

eo quod est. Bis eadē in re peccare. Primus enī error vel græco adagio imprudentiæ condonari solet. Iteratus veniam non meretur. Horatius eandem sententiam aliter extulit metaphora a cantore sumpta. Et citharæ dus ridetur. chorda qui semper oberrat eadem. Est igitur sæpius eadem oberrare chorda culpam eandē iterum atq; iterū admittere.

Penelopes telam retexere.

CCCCIX

Apud Platonem legere memini; Pro eo quod est inanem operam sumere. Fertur enim Penelope procos hac cōditione delussisse; vt tum se nupturam pmitteret; vbi telam quantum texebat absoluisset; itaq; qđ in ter diu texuisset; id noctu solitam retexere. Potest item non absurde in eundem sensum accipi; vt is Penelopes telam dicatur retexere; qui no uare ac mutare quippiam conatur in opere optimo; in quo nihil nouari potest; nisi in deterius. Veluti si quis Rhetorices præcepta a veterib; absolutissime perscripta suo quodam more scribere denuo tenet.

Vmbrā suā metuitet *αυτου σκιαν Δειμαλιει* CCCC
Dicitur; is qui sine causa metuit; & ibi pueriliter periculum timet; vbi nihil est periculi. Apud Platonē prouerbi; loco refertur. Cice. ad Era. de cōsultato petendo. Alter vero; quo di; boni splendore est; Primū nobilitate eadem qua Catillina; Num maiore? Non. Sed virtute Quamobrem qui manium umbram suam metuit; hunc negliges quidem &c.

Manum non vorterim

CCCCI

Apud Apuleium est in Apologia magica; pro eo quod est; nihil laboro. nihil mea refert. Veluti si quis dicat; in do; si laudent an vituperent; manum non vorterim; Plautus pro eodem susq; deq; fero dixit.

Pingui Minerua.

CCCCII.

Aulus Gelli; noctū atticarū II. xliij. ca. j. Sed cōiectari inq; pauca que dam vt verbo ipsi; vtar *παραχρησε* pop. *παραχρησε* & pig; Minerua. Idē libri; ij. capite quinto. Noli enī credere vobis filium *παραχρησε* & peruulgatū *αμαθησε* pop. *αμαθησε* & *παραχρησε* pop. *παραχρησε* quodā modo loquere & apertū *αμαθησε* & *παραχρησε*. Rullicianus enī sapiens crassiq; Minerua philosophū significat; *παραχρησε* philosophantē & crassius. Legitur item sæpius vt apud veteres; Pinguiore formula. i. planius atq; intelligibilis; vt factū; est; qui Aristotelicam disciplinam pueris suo modo suisq; *παραχρησε* dunt; vtiq; crassioribus.

Emerere mola q̄ rogare

CCCCII

Proverbialē sermonē fuisse Ciceo ipse testis ē; q; eo in Verrinis est vsus Eū Apulei; ifloridis tāq; exponit his verbis. Neq; ei leui mercede omis qui precatur; aut paruū pretiū accipit qui rogatur; a deo vt oia vtensilia emere poti; velis; q̄ rogare Porro morē fuisse antiquit; a vicinis rogare

Desiderij Erasmi Roterodami

supellestem commodato quam ipse domi non haberes ex Plauti cō
Aulularia: tum Rudentibus licet cognoscere.

CCCCI

Vino vendibili suspensa hēdera nihil opus
E medio sumptum videtur & recentius Hoc enim tempestatis vinaris
tabernis huiusmodi signum prætenditur. Apud Politianū legitur Quā
sententiā Plautus in Penulo. lepidissimis verbis extulit. Inquēdibili mer
ci oportet vltro emptorem adducere. Proba merx facile emptorē repe
rit; tamen si in abstruso sita est. Sensus est veram virtutem non egere ali
enis præconijs. Ea laudatoris egere; quę per se parum sunt præclara.

CCCCV

Amicitiaē personam oportet detrahi.
Apud eundē legitur. quo nihil dici potuit. venustius: psona nāq; facies
hominis representat; at verā tegit; falsam prædit. vñ facerissime in Cęsa
rē Seneca: vt psonā iquit q̄ facile malit. E medio qdē & hoc sumptū vi
des: monetq; iter amicos nihil eē oportere fictū nihil nō verū ac simplex.

CCCCVI

In se descendere. Māticam tergo videre.
Persius: Vt nemo in sese tētat descendere nemo; Sed pcedēti spectatur
mātica tergo. Vtrūq; puerbiallyter dixit Satyric^o poeta. & in sese descēde
re. i. ppria suaq; vicia inspicere; & māticā i pcedentis tergo spectare pro
eo qdē est aliena vicia videre. verū illud pri^o vñ sūptū sit nō satis liquet.
nisi forte a fodinis; hoc posteri^o ex Aesopi phrygis apologo quodā na
tū fuisse. Politian^o monstravit. In quo scribit singulos hoies binas habe
re māticas alterā ante pect^o; alterā a scapulis tergoq; ppēdentē. Sed in
priorē iquit aliena vicia mittit^o; in posteriorē nostra. Eam quę in pe
ctore ē assidue videm^o; eam quę i tergo tāetsi multo maiorem negligi
mus tū; quia nūq̄ videm^o. Catullus. Sed non videmus māticā qdē i ter
go est. Horatius. Respicere ignoto discet pendentia tergo. Hierony
mus. Sed illa veritas i ter amicos reprehēsiō; si nostra opera non vidē
tes aliorū. Quis in māticā cōsideremus Eundē habet sensum eū
gelicū illud adagio. trabes & festuca. Hic i quēdā alienis vicijs obtre
stare: sua sustinulāre. q̄ trabē inqt oculi sui; festucā aiteri^o nitat. eruere

CCCCVII

Aethioperem dealbare
Græcū adagiū. αἰθιοπία εὐκαταρπιδ est Athiopē dealba: e: pro eo
qdē erē fedā orōne velle spaciōsā efficere; qdē faciūt ij q̄ materias infa
mes declamāt; aut ea laudā; q̄ vituperio sunt dignissima. aut hoc ip̄m
aut tertē simillimū ē illud & græcū Aethiopē lauas. αἰθιοπασμυχεῖσ
Quibus inanē operam significamus.

CCCCVIII

Lauare laterē πλῦθον πλῦτες. Arare harenā siue litt^o apud idone
os auctores iueniuntur; p eo qdē est inanē operā sumere. Vt itē illud Co
micū; Αὐτὸ αἰνὸν νεγάσ. & plaut^o. Rē adā agis. Nugas terere. tū apud

Adagiorum veterum Collectanea.

Comicos p[ro]p[ter] t[ame]n apud alios n[on] unq[ue] p[ro] eo quod est nihil agere.

Os sublinere Dare verba Addere manum. CCCCIX
 Sæpiculæ apud Plautū p[ro] decipere dolis. Os mihi probe sublitū est. Da
 te verba p[ro] decipere notissimū est. Illud inusitatus quod est apud Plau
 tum in Perfa. Quid ais; crux; stimulorū tritor quomodo me hodie versa
 tisti; vt me in tricas coniecisti. quomodo de p[er]sa manus mihi addita est
 & apud eundē in Penulo. Ego faxo posthac dii deaq[ue] ceteri cōtentio
 res mage erūt; atq[ue] auidi minus quā scribūt Venerit ad diderit leno ma
 num. Etiam si hoc loco adierit scribitur non addiderit.

Vt possumus; quando vt volumus non licet. CCCCX.

ζωμεν γαρ ως ασθελομεναλλως δυναμεθα. i. viui in nō vt
 volumus sed vt possumus. Ita Terentiana Misis in andria a Critone ro
 gata; ecquam Athenis vitā agerent; verecūde seni meretricium q̄stum
 confitens. Vt possumus inquirunt; quando vt volumus non licet.

In astu aliud ex alio malum venit. CCCCXI.

In vrbibus bona ingenia ad nequitiam adducuntur; & malum quotidie
 ex malo p[ro]pagatur.

Sine capite fabula. CCCCXII.

κεφαλος μυθος. i. sine capite fabula dicitur sermo lasciuus & ipu
 dicus tanq̄ cui venter & nates inhonestæ partes ad sint; caput vero mē
 bris. Plato. Relinquo inquit sine capite fabulam.

Alius semetētem fecit; aliud messem. αλλοι μεσπειρου
 σιαλλοι δεαμηνονται. CCCCXIII.

Græcum est in eos; qui aliena possident; qui ve ex alienis laboribus sibi
 gloriam comparant.

Aethiopem lauas. CCCCXIII.

αιθιοπα σμηχεις. i. aethiopem lauas. Conuenit in eos qui inanem
 operam sumunt.

Puluerem edis. CCCCXV.

κοιροστηξεις. id est puluerem edis. dicitur in edaces plurimiq[ue] cibi
 homines nihilo tamen inde habitiores.

Vulpizas; sed contra Vulpem. αλωπεκιζεισ προσετα
 παραλωπεκα. CCCCXVI.

Græcū itē adagiū; qui dolis appetunt dolosos. Quod hodieq[ue] vulgo di
 citur. Simia Vulpi conat imponere. quum vtrūq[ue] aial sit callidissimum.

Ventos colis. CCCCXVII.

αγε μουσ γεωργειμ. ventos colete. Est inuilem operam capere.

Carbonum Thesaurus. CCCCXVIII.

αυθρατες ωθησανυρος πεφυκεμ. i. carbones thesaur[us] erant. Dicit

Desiderij Erasmi Roterodami

In eos qui magnum quiddam sperantes frustrati sunt. Lucianus. Carbo-
num mihi thesaurum ostendisti.

Ex tardo afello equus prognatus. απο βραδυσκεδωρ
αυωριπποςωρμσερ.

CCCCXIX.

In eū cōpetit: qui ex obscuro gñe natus: clarus euasit. græcū est adagiū.
Inemptum mancipiū. vel cum sale emptum.

CCCCXX.

Si quando vilissimum nulliusq; reivirum significare volumus? Ineptum
mancipium. Græce αυυητορ αυλραποδορ. Menander. Thrax
es generosus cum sale emptus.

Calabri hospitis munera.

CCCCXXI.

In eos dicitur: qui amicis donāt: quę ipsi contēpunt Calabri em̄ quoniā
pyris abundāt: hospitibus pyra affatim apponūt: saturosq; domū aufer-
re iubēt; q; si illi recūsent accipere porcis obijciūtur comedēda. Hos. in
ep̄lis. Non quo more pyris vesci calaber iubet hospes. Tu me recisti lo-
cupletē. vescere sodes. Iā satis est: at tu quantū vis tolle benigne. Nō in-
uisa ferēs pueris munuscula paruis: Tā teneor dono; q; si dimittor onus-
tus; Vt lubet: hæc hodie porcis comedenda relinques.

Semper ad pocua Leontini. αι λεοντινοι περιτουσ
κρατηρασ.

CCCCXXII.

Leontiuī alli diuisi comotationibus gaudebant. Quos vbi Phalaris bel-
lo vicisset pocula eiecit. Inde natum adagium. Semper circa crateras.
Leontini. Græcum est.

Inaniter aquam consumes.

CCCCXXIII.

Primitus in patronos garrulos & ineptos dictum: quos ad clepsydras
dicere solitos cōstat. Ab his in multiloquos vaniloquosq; translātū est
Græci sic efferunt. αλλωσ αναλισκεισ υδωρ.

Vtrem verberas.

CCCCXXIII.

De stulte laborantibus. Græci his quidē verbis dicebant. ασκορ δε
ρεισασκω φανριξεισ.

Tādē mus picē gustauit. αρτι μυσ πισαισ γευεται.

CCCCXXV.

In eos dicebatur qui experiendi cupiditate in magnū aliquod malū in-
cidissent. Mus em̄ si quando in picem incidit emergere non potest

In mari aquam quæris.

CCCCXXVI.

Ibi quæris perinde ac si difficile sit inuētū: vbi nihil aliud licet inuenire
Quid em̄ aliud in mari est q; aqua? In eos conuenit: qui inijs auctoribus
vnū aut alterum vicium inquirunt: in qui Lus vitiosa sunt omnia.

Ignorat quid intersit inter es & lupinum.

CCCCXXVII.

Id est nō habet discrimen inter optia & vilissima. Nā pecunia nihil p̄ci-
osius: lupino nihil vilius. Nec tamen ignorat: quid dissentiat era lupinis.

Adagiorum veterum Collectanea.

Cantilenam eandem canis.

CCCCXXVIII.

Hoc est iā milies dicta repetis. Theren. in Phor. Cantilenā eandē canis
A peruetustis ac sæpenumero auditis cantionibus translatum est.

Aliquid suo assuet capiti.

CCCCXXIX

Vbi cauendum a quopiam monemus; ne quid incommodi afferat. Te-
ren. Hei metuo lenonem; ne quid suo assuat capiti.

Sui similis est.

CCCCXXX

Et in bonum & in malū sensum dici accipiq; potest; vbi quis aliquid se
dignum facit; videlicet quum meretrix impudēter loquit; leno peierat
fictus dissimulat; detractor obloquit; gloriosus ostentat; liber amicus re-
cte monet; eruditus erudite dicit; simplex simpliciter; modestus mode-
ste. Contra si feritutum aliquando quod iurauit præstare contingit; ibi
sui dissimilis dici potest. Teren. Q̄ vterq; similis est sui? De lenone di-
ctum ac Phædria; altero blandissimo; altero auidissimo.

De raudare Genium.

CCCCXXXI.

Est naturæ necessarijs nō nihil subtrahere. Apud eundem est comicū.

Naturam expellas furca tamen vsq; recurret. CCCCCXXXII.

Horatianus est versus in epistolis. Non facile dediscūtur; q̄ natura no-
bis indidit. Terentius. Rursus ad ingenium redit.

Cœlū nō animū mutāt qui trans marre currūt. CCCCCXXXIII.

Id est frustra locum mutauit qui eunde m animum retulit.

Vilis amicorū est ānona bonis; vbi qd deest. CCCCCXXXIII.

Facile habentur amici; qui petant; qui deūt perq̄ pauci.

Optat ephippia bos piger; optat arare caball⁹. CCCCCXXXV.

Mire dictum in eos; qui experta fastidiunt; optant in experta.

Cura esse quod audis.

CCCCXXXVI.

Id est; Cura talis esse; qualē te hoīes per assentationē prædicant. Hor.
ad Quintium. Tu recte viuus; si curas esse quod audis. Iactam⁹ iā pridez
ois te Roma beatum. Sed vereor ne cui de te plus q̄ tibi credas

Cautus enim metuūt foueā lup⁹; accipiterq; Suspectos laqueos
ad oportum miluius hamum.

CCCCXXXVII.

Tres metaphoræ venustissimæ; mire in eos conuenientes; qui malū me-
tu a maleficio se continent; alioquin peccandi percupidi.

Cæc⁹ cæco dux. τυφλος τυφλωδης.

CCCCXXXVIII.

Euangelicum adagium in eos; qui indoctū docere conantur indocti ip-
si. Simile est Horatianū Cæcus iter monstrat. Ita enim ad Sequā scribit
vt si Cæcus iter monstrare velit; tamen aspice, Quod perinde dictus; ac
si sus mineruam dicas; Porphirion monet.

Odit cane peius & angue.

CCCCXXXIX.

Desiderij Erasmi Roterodami

Hoř. Alter Miletĩ textã caue peius & angue vitabit chlamydem.

Sed tacitus pasci si posset coru⁹; haberet Pius dapis; & tixæ mul-
tominus inuidiæq;.

CCCCXL.

Ex apologo quopiã de coruo & vulpe sumptũ nonnulli hoc prouerbiũ
putant; etiã si non probat Porphiriõ. Est aut̃ huiusmodi sententia vt si
quod munus a diuitib⁹ accipiamus; eo taciti sine strepitu fruamur; hoc
modo & sæpitis accepturi; & citra inuidiam possessuri.

Sine cortice nabis,

CCCCXLI.

Prouerbialiter ab Horatio positum, Acrõ admonet. Transumptũq; ab
ijs qui quũ natate primum discunt; eorticibus ventri subligatis natant;
deinde exercitatiores sine eiusmodi a dminiculo natate incipiunt. Plau-
tus in Aul. Quare pueros qui natate discũt scyrpo induitur ratis qui la-
borant minus facilius vt nent & moueant manus. Hoř. Simul ac dura-
uerit; ætas Membra animumq; tuum; nabis sine cortice, .i. citra custodẽ
& pedagogum ipse te reges ac moderaberis.

Aegrotus dum spirat sperat.

CCCCXLII.

Cicero ad Atticum. Vt ægrotõ dũ; aia est; spes esse dicif; sic ego quo ad
Pompeius in Italia fuit; sperare nõ destiti. Ex ipsa re sumptum adagiũ
in eos dici potest; qui in rebus afflictissimis spem tñ haud vnq̃ abiciũt.

Patere & abstine.

CCCCXLIII.

Epictetus philosophus vniuersam viuendĩ rationẽ duobus verbis com-
plexus est; ἀρεχου και ἀπεχου. .i. patere & abstine. quorũ altero mo-
nemur vt mala patienter toletemus; altero vt voluptatibus interdĩtis
temperemus. Eiusdẽ est in philosophorũ vulg⁹ dictũ ἀνὺ τοῦ πρᾶτ
τεῖρ μεχρὶ τοῦ λεγείρ. Id significat factis procul; verbis ten⁹. Idẽ
in blandos sed fictos amicos dici potest.

Aedibus in nostris q̃ parua aut recta gerãtur.

CCCCXLIII.

Hunc Homericũ versum Socrati puerbij vice i ore semp fuisse. A. Gel-
lius scribit οττι τοι ερ μεγαροισικακων αγαθωρ τετευκται.
ædibus in nostris q̃ praua aut recta gerantur. Quo versu monemur; vt ea
modo quæ ad nos pertinent; curemus; externa alienaq; ne inquiramus.
Coturnix Hercule seruauit. ορτυξ εσωσερ ηρακλη. CCCCCXLV.

Dici solitum; vbi quis præter spem seruatus esset.

Ira tardissime omnium senescit.

CCCCXVI.

Græcum adagium οθυ μοσεσχα τονιγηρασκει;

Ne in cœna quidẽ laudaberis αυκε παινεθειη σου δε περι
δεινω.

CCCCXLVII.

In hoĩerũ vehementer inuisum. In cœnis enim funeralib⁹ defuncti lau-
dabant; etiam si parũ meruissent viui. Præterea Græcis in ysu fuisse vi-

Adagiorum veterum Collectanea.

detur; vt in symposijs se laudarent: quemadmodum Alchiades So-
cratem apud Platonem.

Asinus in apibus. ονος ερμελιπταις. CCCCXLVIII

De his quæ parū foeliciter cadunt.

Omnem mouebo petram. CCCCXLIX.

Omnē mouebo lapidem. Vtrū enim apud græcos inueni. παρτακινη
σωπετρον. i. oia expiar; nihilq; itētātū reliquā donec qđ velo effecero

Ante victoriam laudes canis. CCCCCL.

πρωτης νικη σταεγκωμια Qui rem nondum peractam laudant

Frustra canis. προσκαενορ ψαλλεισ CCCCCLI

De frustra suadentibus. A cantoribus translatum: qui canentes non
audiuntur.

Imperatorū multitudo Cariā perdidit πολλοισρατκγοιτηρ
καριαρ απωλεσαρ CCCCCLII.

Græcum adagium quo significatum est: male rem gerab ijs qui inter
se discentiunt: neq; quisq; alteri concedit.

Sine riuali diligere. CCCCCLIII.

Id amare: quod nemo alius appetat Veluti Simia catulos suos miratur
& amplectitur sed sola. Apud Ausonium legitur.

Pedibus in sententiam discedere. CCCCCLIIII

A Curie cōsuetudie dictū. Idē est qđ alteri⁹ sentētiā approbare cōfētīē
do.

Mus malus. μυσ κακος. CCCCCLV.

Græcum dictum in lasciuum & salacem hominem. Murem enim sala-
cissimum esse Aelianus multorum testimonijs authorum docet. Vnde
amatorio blandimento amatores quemadmodum passeruli: colum-
bulæ: ita & mures vocātur. Mar. Nam quum me murem: quum me tua
lumina dicas.

Nunqd & Saul inter prophetas. CCCCCLVI.

In malachon libris notissimam hystoriam de Saule dum paternas aspi-
nas quærit repente propheterico furore arrepto: ita vt inter reliquos pro-
phetas nudus saltaret & vt vaticinaretur: in prouerbiū hebræi verterūt.
Commōde eo vtemur: de repente mutatis: siue in eos qui sui dissimili-
bus conuiuunt veluti si miles iter monachos aut poeta inter theologos
neotericos versaretur

Facies tua computat annos. CCCCCVII

Apud Iuuenalem in anum libidine iuuenulam. Dicit potest in eos qui
iuuenes videri cupiunt: frontis rugis reclamantibus. Quod ideo as-
cribendum putau: quia prouerbijs speciem quandam præ se ferebat

Desiderij Erasmi Roterodami

- Mare celo confundere. CCCCLVIII.
Est omnia permiscera sine ordine. Qd̄ Græci dicunt. *ανωκατο*. i. sursum deorsum; quod nonnulli latinorum susq; deq; dixerunt; nihil referre quid fiat significantes.
- Ignorat quid intersit inter caput & inguen CCCCLIX.
Aut est prouerbium; aut prouerbij certe simillimū; qd̄ de muliere ebria scripsit Iuuenalis. Inguinis & capitis quę sint discrimina nescit.
- Qui semel scurra. nunq̄ paterfamilias. CCCCLX.
Porphirion in Horatium prouerbium fuisse admonet. utitur eo & Cicerō in actione quadam dicēs recte vulgo dici; ex scurra diuitē quide; fieri posse; at paterfamilias non posse.
- Intus & in cute. CCCCLXI.
Prouerbialis sermo idem significans; qd̄ penitus. Persius. Ad populum phaleras; ego te intus & in cute noui.
- Iouem lapidem iurare. CCCCLXII.
Est quātūuis sancte deierare; a feriendi fœderis ritu sumptum; quod a patre patrato lapidem manu tenente conceptis verbis pronuntiabatur
- Circulum absoluerē. CCCCLXIII.
Est omnibus numeris ac partibus quippiā perficere. A cyclo illo & orbe disciplinarum deductum uideri potest.
- Cimmeriæ tenebræ. CCCCLXIII.
Cimeriorum regio in Scythia a Cosmographis colloquat̄ eternis tenebris dānata; cui solē nunq̄ oriri scripsit Homerus; in qua nō ineru ditus poeta Ouidi^o summo deo facentissim^o uersibus regiam edificauit. Huius regionis obscuritas in prouerbij abiit; quo Lactārius vsus aptissime est i diuinarum insti. lib. iiii. O cæcū pectus. omēm̄ Cimerijs; ut aiunt tenebris attriorem. Quē ueluti æmulatus Hieronym^o. Rogo inquit quę tanta est cecitas & Cimerijs (sicuti aiunt) tenebris in uoluta.
- Muti magistri. CCCCLXV.
Mutos magistros libros prouerbialiter olim nominabant. Docere eñ possunt loqui non possunt. Et qui legēdis modo eloquentium scriptis eloquentiam sunt consecuti; ij gloriari possunt se a mutis p̄ceptorib^o dicendi artem didicisse. Aulus Gellius libro. xiiij. cap. li. Quoniam uocis (ut dicitur) uiuæ p̄cœnuia erat; ex mutis (quod aiūt) magistris cognoscere. nimirum libros inueniens.
- Non omnia pari filo conueniūt. CCCCLXVI.
Pre puerdio Picus Mirandulanus ptulit. E medio fortasse sumptum. Quo significamus non omnes dicere. oia. Neq; omnia omēs posse; ut scripsit Bucolicus poeta; sed minime Bucolicę.

Adagiorum veterum Collectanea.

Intra tuam pelliculam te contine.

CCCCLXVII.

Porphirion inde sumptū prouerbiū putauit; q̄ doctores in pellibus dormirent. Potest & ab apologo notissimo tractum videri quo asin⁹ leonis sibi pellē adaptauit; q̄ res illi magno fuit malo. Hor. Et merito; quoniā in ppria nō pelle quiessem. Quo verbo monemur; vt pro sua quisq; conditione nos geramus. Martialis in futorem quendam qui prius in summas diuitias fortunæ fauore subuectus; vt venti erant; ita velū in altum fustulit; deinde ad pristinam rursus inopiam largitionibus suis redact⁹ vt nihil iam nisi Cerdo esset; Nūc (inquit) in pellicula Cerdo tenere tua Plautus militem iactabundum & ostentatorem magnificum elephantino corio circūtectum scribit nō suo; siue q̄ stolidum significaret; siue q̄ maiora q̄ pro facultate loquentem.

Siculæ gerræ; Persæ nugæ. Liræ liræ.

CCCCLXVIII.

